aliquid speculatur actu q̄ formet sibi a=
liquod fantasma. Hinc est q̄ leso orga=
no fantasie impeditur intellectus noster

a sua opatõne. Compat etiã sensum ad intellectũ: qz sicut post apphẽsionẽ sens⁹ sequit delectatio si obiectũ sit cõueniens vel tristicia si sit disconueniens ꝛ deinđ desiderium seu appetitus seu fuga. Sic intellect⁹ p⁹ apphẽsionẽ obi ipm psequit vel fugit. Dicit aũt ꝙ ꝗuis appetere vl' fugere ꝛ sentire e sint diuersi act⁹ nõ tamẽ drũt subo cũ sit idẽ organũ sens⁹ et appetit⁹: drũt tñ rõe formali cũ hẽat distictas rões formales ex natura rei. Ex pdictis cõcludit. p. ꝙ aĩa ẽ qdãmõ oĩa inqntum scz hz spẽs oim. Est eñ p sens⁹ sensiblia ꝛ p intellcm̃ intelligibilia. nõ est autẽ vt dt oĩa eo mõ q̃ posuit empedocles ꝙ erat terra inqtũ cogñscebat terrã ꝛ lapis inqntũ cogñscit lapidẽ. Lapis aũt nõ ẽ i aĩa sed spẽs lapidis siue similitudo lapidis

De potentia motiua. Ca. III

Uoniam autem anima. Postq̃. p. determiauit de parte aĩe intellectiua: nũc determiat đ pte motiua. ꝛ pmo distinguit duplicẽ appetitũ. s. sẽsitiuũ: intellectiuũ: siue volũtatẽ. Appetitũ aũt sẽsitiuũ distinguit ĩ duas vires: scz in vim irascibilẽ ꝛ cõcupiscibilẽ. Circa qđ notãdũ ꝙ fm coẽm opinionẽ in vi cõcupiscibili ponũtur sex passiones. s. amor et odiũ: desiderium et fuga: gaudiũ et tristicia. Obm eñ ꝯcupiscibil' ponit bonũ et malũ: delectabile vl' tristabile. vñ amor et odiũ respiciũt qddã bonũ vl' malũ in cõi siue sit pñs siue absens In appetitu igit cõcupiscibili ab ipo bono apphẽso cãtur passio amoris q̃ ẽ complacẽtia boni: cui ecõtrario rñdet odiuz ex pte mali: qđ ẽ ei⁹ displicẽtia: respectu aũt boni absẽtis ẽ mot⁹ ad ipm assequẽdũ: q̃ dr desideriũ vl' cõcupiscẽtia: cui eꝯrio rñdet fuga ex pte mali. ipm aũt bonũ habitũ impmit passionẽ gaudij vel delectatõis q̃ ẽ qes in bono: cui eꝯrio rñdet tristicia vel dolor ex pte mali. Gaudiuz aũt et tristitia terminãt et cõsequũtur nõ solũ passiões cõcupiscibilis sz etiã irascibilis fm aris. secũdo ethi. in vi vo irascibili ponũtur qnqꝫ passiões: scz spes ꝛ desperatio: timor ꝛ audacia ira. Obiectuz nãqꝫ irascibilis ponit bonũ vl' maluz arduũ: siue đ difficili attingibile vel supabile: qđ bonũ apphẽsũ vt possibile adipisci impmit passionẽ spei: q̃ qdez ad dit supra desideriũ quẽdã conatũ et quandã eleuationẽ animi ad ipm cõsequẽdũ. apphensũ vo vt impossibile adipisci causat passionẽ despatõis: sicut malũ arduum apphensũ vt impossibile supari impmit passionẽ timoris q̃ addit supra fugã quãdã depssiõnẽ animi ꝑpt difficultatẽ. vñ timor cõsequit despatõem vincẽdi. malũ vo arduũ apphensũ vt possibile supari impmit audaciã q̃ ꝯseqt spẽ victorie: ira aũt cõsequit audaciã: nullus eñ irascit vindictã appetẽs nisi audeat vindicare fm auicen. ¶ Notãdũ insup ꝙ act⁹ appetit⁹ sensitiui inqñtũ hñt trãsmutationẽ corpalẽ annexã ꝙ maxime circa, cor dicũtur passiões. Dr etiã forma recepta siue ĩ pon cognitiua siue appetitiua ĩ quãtũ hmõi pt dici passio. Alteri⁹ sciendũ ꝙ passiões aĩe dñr affectões inqntuz sũt inclinatio qdã ad actũ interiorẽ vl' exteriorẽ. vñ affectio dr q̃si adfactio. i. ad actũ inclinatio. Dicũtur etiã passiones affectibiles eo ꝙ sunt in vi affectiua.

¶ Aliter eñ a Scoto distinguuntur vis irascibilis ꝛ ꝯcupiscibil'. dist. 34. 3. sen. Cõcupiscibil' respicit illđ qđ natũ ẽ esse ex se cõueniẽs: vt cibũ et hmõi: vel disꝯueniẽs: vt carẽtia cibi: ita ꝙ nullo alio posito circa ipsum sola facta apprehensione natus est sequi actus delectandi vel tristandi fugiendi vel prosequendi quãtũ ẽ ex pte ei⁹. Talia aũt nõ respicit irascibilis ꝑ obiectis. Actus eñ irascibilis est irasci. irasci eñ fm pħm secundo rethorice est appetere vindictam. Obiectũ igitur eius est vindicabile: vel vt vsitato mõ loquar offendens. illud offendẽs nõ dicitur ꝙ statim est disconueniens cõcupiscibili: sed ꝙ impedit illud quod est primo cõueniẽs. puta si cibus ẽ primo conueniẽs appetitui gustatio aĩalis. Et iđ primo cõcupiscit ꝓhibẽs cibũ vl' remouẽs offẽdit aĩal ꝯcupiscẽs. Hoc

offẽdẽs ẽ obiectũ irascibil' circa qδ ira-
scibil' hꝫ nolle qδdã. nõ q̃dẽ ꝓprie refu-
giẽtꝭ sicut ꝯcupiscibil' refugit nolitũ sed
magꝭ repellẽtꝭ. ¶ Et si dicas cui⁹ ẽ vel-
le vnũ oppositũ ei⁹ est nolle alteꝝ. Rñ-
deo ⁊ dico qñ irascibil' hꝫ suũ actũ sũt ibi
duo nolita: vnũ irascibil' aliud ꝯcupisci-
bil'. ꝑtꝫ ĩ exẽplo ꝑus posito. Nolitũ ꝯcu
piscibile ẽ carere cibo: ⁊ ex ista nolitiõe
ĩ ꝯcupiscibili tristicia q̃. s. refugit nolitũ
Est etiã ibi aliud nolitũ. s. illud qδ au-
fert cibũ: ⁊ illδ ẽ nolitũ irascibil' nõ actu
refugiẽdi sꝫ ꝓpellẽdi ⁊ dũ nõ actu repel
lit' est tristia ip̃ius irascibilis. Isti autem
dolores irascibil' ⁊ ꝯcupiscibilis nõ sũt
idẽ: dolor em̃ cõcupiscibilis fit cũ alia in
mutatiõe organi in ꝑte sensitiua quã ira
scibilis. Cõcupiscibilis q̃dẽ cũ restrictio
ne sicut delectatio opposita ẽ cũ dilata-
tione. Dolor aũt irascibil' cũ calefactiõe
q̃ ẽ accẽsus sanguis circa cor. Et ex hoc
sequit' ꝙ ĩ ꝑte sensitiua irascibile ⁊ ꝯcu-
piscibile habẽt diuisa organa. ¶ In rõ-
nali aũt ꝑte possunt haberi talẽ distin-
ctionẽ obiectoꝝ sicut ĩ sensitiua. Nõ tñ
est tãta distinctio istoꝝ ĩ volũtate q̃ta in
appetitu sensitiuo: q2 volũtas nõ ẽ potẽ
tia organica: sꝫ sicut rõ diuidit' ĩ portio-
nẽ sup̃iorẽ ⁊ inferiorẽ ꝑ cõꝑationẽ ad di
uersa obiecta: ⁊ tñ simpl'r ẽ eadẽ potẽtia
sicut eadẽ poña est oꝑatiua circa ꝑmo et
scδo delectabilia ⁊ tristia ita ꝙ nõ est ibi
distinctio nisi ex ꝑte obiectoꝝ: in q̃ tẽdit
hec scδ. ¶ Ad euidẽtiã eoꝝ q̃ dicta sũt
notãdũ ꝙ idẽ doc. dicit di. xxij. secundi
sniarũ ꝙ portio superior ĩcludit tres po
tẽtias aĩe: ⁊ sil'r inferior. s. memoriã ĩtel
ligentiã ⁊ volũtatẽ: q̃ portiões distiguũ
tur ꝑ officia. Per portionẽ em̃ superio-
rẽ cognoscit' ⁊ diligit' de⁹. Per inferio-
rẽ xo ꝓxim⁹ ⁊ sic portio sup̃ior ẽ respe-
ctu eternoꝝ: ĩferior xo respectu tꝑaliũ:
¶ Deinde oñdit arꝭ. q̃d sit mouẽs al' ꝺm
locũ motu ꝓgressiuo: ⁊ ꝙ hoc nõ sit po-
tẽtia vegetatiua ꝓbat: q2 semꝑ mot⁹ ꝓ
gressiu⁹ ꝺm locũ ẽ ꝓpter aliqͩ imagina
tũ vel desideratũ. Nõ ei aĩal mouet' nisi
appetẽs vel fugiẽs aliqͩ nisi forte ꝑ vi-
olẽtiã. Sꝫ fantasia ⁊ appetit⁹ nõ ꝯpetũt
ꝑti vegetatiue: ꝗ ꝑs vegetatiua nõ ẽ ꝑn
cipiũ mot⁹ local' ꝓgressiui. hoc idẽ ꝓ-
bat' de sensu: q2 sensus ẽ in oĩb⁹ aĩalib⁹
⁊ tñ sunt mlta al'ia q̃ nõ mouet' hoc mo-
tu: sꝫ semꝑ manẽt in eodẽ loco. ¶ Et q2
posset aliq̃s dicere ꝙ hoc nõ ẽ ꝓpt' hoc
ꝙ deficiat eis ꝑncipiũ motiuũ: sꝫ q2 eis
deficiũt instrumẽta apta ad motũ. Ideo
ad remouẽdũ hoc subdit ꝙ nã nihil fa-
cit frustra nec deficit in necessarijs nisi
in aĩalib⁹ orbatis: vt sũt q̃dã monstra q̃
accidũt ꝑter intẽtionẽ nature ex corrup-
tione alicui⁹ ꝑncipij in semĩe. Sꝫ aĩalia
ĩmobilia sũt ꝑfecta in sua spẽ ⁊ nõ orba-
ta ꝗ in hmõi aĩalibus natura nihil facit
frustra nec deficit ĩ necessarijs. vñ seq̃t' si
habẽt ꝑncipiũ mot⁹ ꝙ haberẽt ꝑtes or
ganitas dispositas ad motũ ꝓgressiuũ
alias ꝑncipiũ mot⁹ esset in eis sup̃fluũ ⁊
necessaria ad executionẽ potẽtie motiue
sibi deficerẽt. ¶ Ponit ꝗ arꝭ. duo ꝑnci
pia mouẽtia. s. appetitũ ⁊ intellectũ: sub
intellectu aũt cõp̃hendit fantasiã qδ ꝑtꝫ
q2 alia aĩalia ab hoĩe mouent' q̃ tñ carẽt
intellectu. Mouet aũt vt dicit intellect⁹
nõ speculatiu⁹ sꝫ practic⁹ q̃ differt a spe-
culatiuo fine q2 videlꝫ intellect⁹ specula
tiu⁹ rõcinat' ꝓpt' scire. Practic⁹ xo ꝓpt'
oꝑari. practicũ em̃ δr a ꝑtaxi: praxis ãt
grece idẽ est qδ oꝑatio latine. Mouet
aũt fantasia siue intellect⁹ inquãtũ repñ
tat obiectũ appetibile qδ ẽ ꝑncipiũ ĩtel-
lectus practici. Cũ aũt volum⁹ aliq̃d de
liberare de agendis ꝑmo supponim⁹ fi-
nẽ: deinde ꝓcedim⁹ ꝑ ordinẽ ad inq̃ren
da illa q̃ agenda sunt ꝓpter finẽ ⁊ hoc ẽ
qδ subdit' ꝙ vltimũ in cõsideratione in-
tellect⁹ practici est ꝑncipiũ actiõis. i. il
lud vñ debem⁹ incip̃e actionẽ. Reducit
aũt ista duo mouẽtia. s. ĩtellectũ ⁊ appe-
titũ: ad vnũ. s. ad ip̃m appetibile qδ est
mouẽs nõ motũ. Appetit⁹ aũt ẽ mouẽs
motũ ab obiecto appetibili. Manifestũ
est em̃ ꝙ scδa mouẽtia nõ mouet nisi in
quãtũ ꝑticipãt ꝑmum. s. ip̃m appetibi-
bile. ¶ Circa hoc notãdũ ꝙ potẽtia mo
tiua q̃dã est imꝑans quedã imꝑata: In-

parās est ipa volūtas. Impata aūt ē potentia motiua sita in neruis ꝛ organis q̄ mouet ipa mēbra ꝛ organa vt poña motiua in manu ꝛ sic de alijs. ¶ Cōsequēt excludit .p. quādā obiectionē q̄ pōt fieri ꝗ .s. appetit⁹ sensitiu⁹ nō mouet qꝛ cōtinētes nō secūt hmōi appetitū: q̄ rō solui tur p hoc qꝛ in hoīe sunt ꝯrij appetit⁹ q̄rū vnū cōtinētes secūt sc3 intellectiuū3 alteri aūt repugnant sc3 sensitiuo. Intellect⁹ eñ iubet aliqñ retrahere a ꝯcupiscibili ꝑpter ꝯsiderationem futuri. ¶ Distinguit vlteri⁹ .p. duplicē rōnem practicā .s. vlem ꝛ pticularē. Ulis est vt optet filiū honorare pentē: pticularis vero vt ego fili⁹ talem honorē patri meo debeo exhibere. vlis aūt nō mouet nisi vt cā prima ꝛ q̄scēs. pticularis ꝟo mouet vt cā ꝓxia: ꝛ quodāmō motui applicata. Nā opatiōes ꝛ mot⁹ in pticularib⁹ sunt: vñ oportet ad hoc ꝗ mot⁹ seq̄t ꝗ opinio vlis ad pticularia applicet. et ꝑpter hoc etiā in actionib⁹ accidit: quādo opinio in pticulari opinabili corrūpitur ꝑpter delectationē vl ꝑpter aliquā aliā passionē q̄ tñ opinionē vlem nō corrūpit. ¶ Deinde oñdit .p. ꝗ tact⁹ ē necessari⁹ oī aīali quo pticipāt qualitates tāgibiles seu elemētares. Gustus etiam est necessari⁹ ꝛ inest oī aīali inq̄ntū ē q̄dā tact⁹: est eñ alimēti tangibil. Est tñ de bñ esse inquātū est discretiu⁹ saporū q̄ faciūt alimētum delectabile vel triste. Alij etiā sensus sunt de bene esse iō insunt solū aīalib⁹ que mouēt ꝟm locum. ¶ Circa ꝑmissa notādū ꝗ intellect⁹ ꝛ ratio nō sunt distincte potētie: s3 ītellect⁹ dr rō inquātū rōcinat ꝓferendo ab vno in aliud. ¶ Notādū etiā ꝗ aīa intellectiua ꝟm essentiā suā est tota in toto: ꝛ tota in q̄libet pte ei⁹: vt diffuse tractat bonauētura ī ꝑmo snīaꝝ: nec determinat sibi aliquā ptē corporis quo ad opatiōes sibi ꝓprias: vt intelligere ꝛ velle: cū intellectus volūtas non sint poñe organice. Sec⁹ aūt est ꝺ opationib⁹ ipaꝝ poñaꝝ. sensitiuaꝝ: vt videre audire ꝛ sic ꝺ alijs ¶ Demū sciendū ꝗ spūs aliqñ sumitur ꝑ aīa ipa: aliqñ vero ꝑ humore subtili Dicit aūt triplex spūs .s. vitalis: aīalis: ꝛ natural. Uitalis spūs fūdamētū ē cor a quo ꝓcedit ad totū corpus: oīa ei⁹ mēbra viuificās. Aīal aūt spūs fūdamētū ē cerebrū ꝛ ab eo ad toti⁹ corpis mēbra venit sensum eis ꝑstās. Naturalis ꝟo spiritus fundamētū est epar ꝛ ab illo ad totū corpus tendit oīb⁹ mēbris quattuor ꝟtutes dās naturales q̄ videl3 sunt appetitiua cōtētiua digestiua ꝛ expulsiua. Unicuiq3 eñ mēbro necesse est vt sit virtus appetitiua calida ꝛ sicca q̄ sit nature colere: rubee: vt desiccet humiditatē cibi ꝛ attrahat eam ad se. Decet etiam vt vnūq̄dq3 mēbrū virtutē habeat contentiuā cui⁹ natura sit ꝟm colerā nigrā vt ꝯtineat cibū quousq3 digestiā suā cōpleat actionē in eo. Cōuenit iterū eis virtutem habere digestiuam ꝟm sanguinis naturam existentem qua cōtentum digerat cibū ꝛ eū in suā mutet essentiam virtutis aut expulsiue fleumatis naturā habentis necessitas est vt p eaꝝ supfluitas ꝛ fex cibi a membris expellatur.

Explicit liber ꝺ anima ꝛ per cōsequens tota philosophia naturalis que est secūda pars huius cōpendij copulati ex dictis scoti doc. subtilissimi.

Incipit tercia pars que est de metaphisica

Expedita secunda parte istius tractatus q̄ erat de phẏica restat nūc agere ḋ tercia ꝑte.s. metaphisica. Circa qḋ primo videndū est de eius subiecto. Pro cuiꝰ euidentia ſm doctrinaz scoti in hoc primo ⁊ in ꝓlogo primi sniarū: qḋ subiecto theologie p̄supponēdo ea que dicta sunt de subiecto scientie primo c. primi phẏicoꝝ. Primo aliqua p̄mittā deinde aliquas ꝯclusiones subiūgam. ¶ Quātū ad primū Sciendum ꝙ ens inq̄tū ens scꝫ ens in cōmuni sūptū ſm r̄onē entis: prima sui diuisione diuidit̄ in ens finitū et infinitū. Nam diuisio entis in .x. p̄dicamēta nō est eius prima diuisio: sed alia est prior ea ⁊ accipiēdo alterū membrum scꝫ finitū diuidit̄ in decē p̄dicamēta. Unde deꝰ cadit sub vno membro diuisionis et decē p̄dicamenta sub alio. Omne eñ ens p̄dicamentale est finitū: deus est ens infinitū ideo deꝰ est ens extra genus. ¶ Itē sciendum ꝙ quātum ad p̄sens sufficit: duplex est primitas scꝫ perfectionis et adequationis Primitas ꝑfectionis in quacūqꝫ scientia respicit gradū entitatis rei vt sic illḋ dicatur primū quod est nobiliꝰ ens quocunqꝫ alio ad istam scientiam pertinēte Un̄ ſm hāc p̄mitatē deꝰ ē primū subiectū cōsideratū ī hac sciā.i. ꝑfectissimū. Sꝫ p̄mitato adeq̄tiōis vero p̄mitatē q̄ subiectū ⁊ sciā adequant̄ ita ꝙ nec sciā excedit suum subiectū nec ecōuerso. Sꝫ quicq̄d aliquo modo cadit sub cōsideratione sciētie cadit sub r̄one formali subiecti ⁊ econuerso: quicquid ꝑticipat rationem formalem subiecti cadit sub ratione formali illius scientie. Et sic ens inq̄tum ens est primum subiectum in metaphisica quicquid ꝑticipat naturaz entis: vt sic cadit sub consideratione metaphisice. Et quicquid cōsiderat̄ in metaphisica consideratur sub ratione entis. ¶ Notandum insuꝑ ꝙ ens inquantum ens dicit vnū cōceptum cōem vniuocuꝫ ⁊ realem: deo ⁊ creatore: de quo habet̄ ī quarto huiꝰ ⁊ hoc de primo principali.

Quantum ad scḋm sit hec. ¶ Pr̄ia cōclusio Ens inquantū ens habet ꝓprias passiones ꝓbat̄ per aristo. quarto metaphisice: est scientia que speculat̄ ens inq̄tum ens et que huic insunt ꝑ se. Item ibidē. c. tercio dicit ꝙ nūeroꝝ inquantū numeri sunt: sunt proprie passiones vt ꝑitas imꝑitas: sic et enti inquātum ens. ¶ Sꝫ ꝯ hāc cōclusionē arguit̄: si ens inquantū ens hꝫ aliquā ꝓpriā passionē illa sit. a. tūc sic si ens hꝫ passionē a. ḡ a. ē nihil: ꝯsequēs est falsum ergo an̄s: falsitas ꝑtꝫ cōsequētis q̄ nō ens nō est passio alicuiꝰ ꝓbatio cōsequētie. omne subiectū est extra essentiā passionis cū cadat in diffinitione passionis vt additamētū ex nono metaphisice. Sed quicquid est extra entis naturā vel essentiā ē nō ens ⁊ ꝑ ꝯsequens nihil. ¶ Sequit̄ etiam ꝙ ens ſm suam totam cōmunitatem nō p̄dicetur in quid de quolibet. Respōdeo ad istud ꝙ passio entis nō est simpliciter nihil: ad ꝓbationē cū ḋr ꝙ oē sbiectū ē extra r̄onē vel eēntiā passiōis Dico ꝙ si ꝑ eē extra eēntiā alicuiꝰ ītelligit̄ esse extra ꝯceptū formalē eiꝰ sic ꝯcedo. nā subiectū distiguit̄ formal̄r a sua passiōe ꝓpria ⁊ sic ī sua diōne cadit vt additamētū. si vo ꝑ extra eēntiā eē ītelligas distīctionē realē q̄ ē īter rē ⁊ rē sic nego q̄ ꝓpria passio nō distinguit̄ realit̄ a suo subiecto ⁊ ꝑ ꝯn̄s a. est ens realit̄ ⁊ nō nihil nō eī ens formaliter. Est eī mediū īter ens ⁊ nihil formalit̄. s. aliq̄d qḋ nec est hoc nec illḋ tn̄ īter ens realit̄ ⁊ nihil nullū ē mediū. Qḋ āt addit ꝙ ens ſm suaꝫ cōitatē totā nō p̄dicat̄ ī q̄d ḋ oībꝰ nō habeo ꝓ ī ꝯuenīēti sꝫ ꝓ necc̄rio q̄ īpossibile ē ens p̄dicari ī q̄d ḋ vltīs dr̄ijs nec ḋ ꝓprijs passionibꝰ nec ḋ suis ꝓprijs ꝯctiuis q̄bꝰ ꝯbit̄ ad ens creatū ⁊ īcreatū sicͭ ondā in 4to huiꝰ. ¶ Scḋa ꝯclusio ē ꝙ passiones entis sunt de eo demōstrabiles: ꝓbat̄ id qḋ est ꝑfectiōis in qualibet sciā nō est negandū in sciā ꝑfectissima: sꝫ ꝑfectōis ē ī q̄cūqꝫ sciā ꝙ dem̄r et pas=

ſiōes ꝺ ſbiecto cū ſcia ſit hit⁹ ɔcluſiōis demōſtrate p̄mo poſterioꝝ. cōcluſio demōſtratōis āt ɔtinet paſſiōes ꝺ ſubiecto ꝗ hoc nō ē negādū ī illa ſcia ꝑfectiſſima q̄ ē de ente vt ꝺ ſubiecto: vt dicet ɔcluſione ſeq̄nti. S3 ꝯ illā ɔcluſionē arguit ſic ꝙ ī demōſtratiōe potiſſima optet ſumere ꝑ medio aliq̄d mediās int̄ ſbiectū ⁊ paſſionē ſ3 īter ens ⁊ ſuā paſſionē nō ē aliq̄d mediū ꝗ de ente n̄ pōt aliq̄d demōſtrari demr̄atōe potiſſia ꝓbatio minoꝛ int̄ ſbiectū cui⁹ ɔcept⁹ ē ſimplr̄ ſimplex ⁊ ſuā paſſionē nō pōt eē aliq̄d mediū: ſ3 ɔ̄ctus ent ē ſimplr̄ ſimplex ꝗ ⁊c̄. ꝓbatio maioris ꝓſylogiſmi q2 illō mediū aut ē diffinitio ſubiecti aut paſſiōis aut mixtū ex diōne illi⁹ ⁊ illi⁹. S3 ſubiectū ⁊ paſſio q̄ hn̄t ɔceptū ſimplicit̄ ſimplicē cuiuſ mōi ſūt ens ⁊ ſua paſſio n̄ pn̄t diffiniri: ꝗ īter ens ⁊ ſuā paſſionē nullū demr̄atiuū mediū pōt ſumi. Preterea nullū ſbiectū ē ī poñā ɔ̄ditiōis ad paſſiōes ꝺmr̄abiles ꝺ ipō: ſ3 ens ē in poñā ɔ̄dictiōis ad ea q̄ ponūt paſſiones ei⁹ ꝗ illa q̄ ponūt paſſiones entis n̄ ſūt paſſiōes demr̄abiles ꝺ illo maioꝛ pt3 q2 alias paſſio ineſſet contingent̄ ſuo ſubiecto: ⁊ ꝑ ɔ̄ñs nō eēt demr̄abil̄ nec ſcibil̄ de illo: minoꝛ ꝓbat̄ inductiue ī paſſionib⁹ diſiūct entis: vt ſūt act⁹ ⁊ poñā cā ⁊ cātū ⁊c̄. q2 poñā īcludit negationē act⁹ ⁊ ecōuerſo. Si ꝗ ens ē ī actu vel poñā pōt eſſe actu ⁊ nō actu et poñā ⁊ nō poñā. Preterea nulla paſſio demr̄abil̄ de ſubiecto p̄dicat̄ ī q̄d ꝺ ſubiecto: nec ꝺ aliq̄ cōtento ſub ſubiecto patet. S3 aliq̄d qꝺ ponit̄ paſſio demr̄abil̄ de ente puta vnū p̄dicat̄ in q̄d de ɔtent ſub ente q̄re ⁊c̄. ꝓbatio minoꝛ. ij. metaphiſice. c. iij. in fine: dicit ph̄us ꝙ ſic ens p̄dicat̄ ſm eandē naturā de quāto ⁊ q̄li ⁊c̄. ita vnū: ſ3 ens p̄dicat̄ de decē p̄dicamēt ī q̄d ꝗ vnū. R̄n̄. ad p̄mū cū ꝺr ꝙ ī demr̄atōe potiſſia optet ſumere ⁊c̄. ɔcedo maiorē ſ3 minoꝛ ē falſa. Ad ꝓbationē dicēdū ꝙ diffinitio ē duplex q̄dā dic̄ q̄d: q̄dā ꝓpt̄ q̄d mediū āt demr̄atōis nō ē diffinitio dicēs q̄d ē ſimplr̄: ſ3 diffinitio dicēs ꝓpt̄ q̄d. ad ꝓpoſitū dicendū ꝙ īter ens ⁊ paſſionē entis pōt ſumi diffinitio dicēs ꝓpt̄ q̄d paſſiōis nō obſtāte ꝙ paſſio h3 ɔceptū ſimplr̄ ſimplicē. Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū ꝙ ſubiectū hn̄s plures paſſiōes ſic ſe h3 reſpectu eaꝝ ꝙ ipē paſſiones ſūt ab ipō ſubiecto ſm quēdā ordinē nālē q2 vna mediāte alia ita ꝙ p̄oꝛ paſſio ē cā ꝓpter q̄d īherētie ſcꝺe paſſionis ad ſubiectū: ⁊ pōt ſumi ꝑ medio ad demr̄andā ſcꝺam de ſubiecto. Exemplū hr̄e angulū extrinſecū eq̄alētē duob⁹ ītrīſecis ſibi oppoſitis: ⁊ hr̄e tres angulos eq̄les duob⁹ rect ſūt due paſſiōes trianguli hn̄tes ad ſe ad ipm̄ triangulū ſm ordinē nālē ita ꝙ vna ineſt mediāte alia ⁊ vna pōt ſumi ꝑ medio ad ꝓbādā aliā demr̄atiue. q2 ꝑ hr̄e angulū extrinſecū ꝓbat̄ triangulus hr̄e tres. S3 nūq̄d habere angulū extrinſecum eſt diffinitio ipius habere tres. eſt vtiq̄ diffinitio nō dicēs q̄d ſed ꝓpter quid. Nā diffinitio propt̄ q̄d eſt mediū in demōſtratione: ⁊ hoc modo oīs cauſa eſt mediū dicēs propter q̄d effectus. vnde ar. ij. poſterioꝝ idē ait eſt mediū ⁊ cā. Ad propoſitū cū ent ſint plures paſſiōes nō oportet q̄rere diffinitionē q̄d eſt ad probādā de ente paſſionē ſicut q̄rit rō. ſed ſufficit diffinitio propter q̄d: hec eſt vna paſſio reſpectu alteri⁹ ſed prioꝛ reſpectu poſterioris. ſic diffinitio paſſionis eſt mediū demōſtrationis. ij. poſterioꝝ. Paſſiōes ꝗ entis habēt quēdā ordinē inter ſe in cōpatione ad ens: ⁊ vna poteſt ſumi pro medio ad demōſtrādā aliā: Eſto ꝙ ens vel quecūq̄ paſſio entis ſit īdiffinibilis diffinitione dicente quid eſt: vtputa q2 ɔcept⁹ ſimpliciter ſimplex nō eſt diffinibilis: vt patet ꝑ ariſto. quarto metaphiſice contra platonē: ſed hic eſt vnū dubium que paſſio ſit prioꝛ ⁊ que poſterioꝛ in paſſionibus entis vt ſic vna altera3 poſſit demonſtrare. R̄n̄. ſaluo meliori iudicio: quicquid ſit de alijs paſſionibus q2 nimis prolixū ⁊ difficile ē videre ꝺ oīb⁹ paſſionib⁹ entis. Dico ꝙ vt videtur ꝙ vnum ſit ſimpliciter prima paſſio entis. Tum q2 probat de ea ſpecialiter ari. ꝙ

significat eadē naturā cū ente q̄rto me. capl'o secūdo. Tum q2.xj.meta.dicit.3. ca. q nihil differt omnia entia reducere ad ens vel vnū: cū idem significēt puer=tibiliter. Post hāc videt ver eē secūda passio entis: tertia aūt bonū. nā rō vitatis videt eē prior ex natura rei q bonitatis: sicut intellect⁹ naturalr ē prior volūtate. Sic pt dici de alijs passionib⁹ entis cōiter q subtiliori lectori relinquo. Et si ita ē ipm vnū pt sumi p medio ad de=mōstrandū ens eē ver. Et ver pt sumi p medio ad demōstrādū ens eē bonum: r sic de alijs. Ipm aūt vnū remanet in=demōstrabile de ente vl' ppter defectum medij. vel q2 ipm in esse enti est p se no=tum: vel pter vtrunq. Ad secūdū cū dr q nullū subm ē i potētia pdictōis dicit q passiōes disiuncte non sūt pprie passiones illi⁹ cōis cui assignātur s3 inferior. Sed cōtra: oīs ppa passio hab3 subiecm cui inest p se et pmo sic q illi nō inest p rōem alteri⁹ sed oīni alij p rōem ei⁹ ex pmo post. Sed passio disiuncta habet aliqd tale subiecm primū nisi ipm cōe: q2 nulli cōuertibiliter inest. patet g q illd cōe ē primū subm. Alr g dōm est q passio disiuncta realiter r quātum ad illud quod significat est vnica. Qm erg=go passio illa vnica ē nobis ignota non possumus eā nomiare vno nomie s3 cir=cūloqmur eā p aliq duo disiūcta eo mō q loqtur arist. q̄rto meta. de medio priorū innomiato qd circumloqtur p abnegatōnem vtriusq: vt qd ē nec albū nec nigrū Dico ergo q p contingēs vel necessariū circūloqmur vnā passionē. sit igit illa passio a ad a nō se h3 ens i potētia pdictōis imo ncc'rio oīe ens ē a. Ad tertiū dicendū q illa similitudo nō currit super quattuor pedes. vnde simile ē et dissimile. Simile p tāto: q2 sicut ens significat eandē naturam ralr cū q̄libet de q pdicatur sicut et vnū cū sit ppa passio entis n differt realiter a quocunq ente. Sed in hoc ē dissimile: q2 ens ē idē formalr cuilibet inferiori de q pdicat: r iō pdicatur i qd. Nō sic āt vnū: r iō pdicat i q̄le r de nominatiue de subo r nō in qd. Passio em̄ et si sit idē realr cū subo nō tn formaliter: vt dicet q̄rto hui⁹. Tertia 9clusio est ista ens inq̄ntū ens ē pmū subm in metha. pbat pmo auctē aristot. in pmo ca. 4. metaphi. est scia q speculat ens i quātū ens: sed ista nō ē aliq scia pticlaris ergo rc. Ad idē ē auicē. pmo meta. secūdo ca. Itē aris. sexto meta. vbi mouet an pma phica sit vlis vl' circa aliqd gen⁹ pticularis entis videt soluere qd ē vlis. vnde in fine solutōis dicit de ente inq̄ntū ens erit hmōi scia speculatiua. Item etiā pbat rōe: illud ē subm pmum cuiuslibet scie cuius sūt p se pmo passiōes q p se cōsiderāt in illa scia. Sed nihil aliud ab ente est huiusmōi cui passiones considerate immediata insint per se primo: ergo ens ē pmū subm methaphis. Maior patet accipiēdo ly pmo sicut accipit phisic⁹ i pmo post. ca. de vli qd sc3 inest alicui fm q ipm r nō p aliud. Sed oīni alij inest p ip3. hec ē em̄ 9ditio pmi subiecti cuiuscūq passiōis. Sed minor pt3: quia passiōes metaphis. puta vnū vm bonū actus r pon̄ nccs cōtingētia r sic d alijs nō sūt alicui⁹ entis inferioris pmo r p se S3 cuiuslibet inquantum ens: nā als nō cōueniret oīni enti: g sunt passiones entis inquantum ens primo et per se. Confirmatur: quia ista scientia dicitur a meta quod est trans r icos scientia: qua si transcendens scientia. Sed cōtra istam conclusionem arguitur multipliciter. Primo sic: illud quo formaliter sciētia distinguitur: et a quo formaliter denominatur est eius proprium subiectum sed ens sic cōmune nō est huiusmodi respectu metaphisice: ergo rc. Maior est euidens. Hec enī sūt conditiones primi subiecti et quod denominet formaliter scientiam r q distinguat. Secantur em̄ scientie quemadmodum et res tertio de anima. Minor pbatur primo quantum ad primam partem vic3 de distinctione. q2. vj. metaphisice distinguit aristotiles tres partes scientie speculatiue videlic3 phisicam: que est circa inseparabilia a

materia et mobilia et mathematicam que est circa inseperabilia a materia et immobilia. Et metaphisicam que est circa separabilia et immobilia cuiusmodi sunt substantie separate. si ergo distinctio scientiarum speculatiuarum sit conueniens: videtur quod metaphisica sit circa propriam substantiam ipsarum. Secunda pars minoris patet de denominatione ex prologo huius vbi vocat philosophus hanc scientiam diuinam: quia est diuinorum ❡ Preterea si ens sic comune sit subiectum in metaphisica: ergo in speculatione entis omnis consistit felicitas naturalis. consequentis est falsum: ergo et antecedens probatio consequitur secundum aristo. x. ethicorum dicitur quod felicitas naturalis consistit in consideratione metaphisicali. tunc si noticia subiecti in scientia continet virtualiter totam notitiam illius habitus vel scientie: ergo perfectior est quocunque alio in illa scientia quia quod continet aliud virtualiter est eo perfectior. Si ergo felicitas consistit in aliquo actu metaphisico maxime erit circa actum cognoscendi subiectum metaphisice quod est ens per se: cum ille actus sit perfectissimus in metaphisica. Falsitas consequentis patet in hoc quod notitia entis non est simpliciter perfectissima. Preterea si ens sic come est subiectum primum metaphisice quod metaphisica sub se alias omnes subalternat. consequens est falsum ergo antecedens: probatio consequentie: quia tunc subiectum cuiuslibet scientie esset sub subiecto metaphisice: hoc enim est conditio subalternate scientie vt patet primo posteriorum. falsitas consequentis patet ex sexto metaphisice vbi aristotiles distinguit tres partes essentiales scientie speculatiue quod non esset si omnes alie subalternarentur metaphisice probatio quia scientie subalterne vel ponunt in numerum cum subalternantibus vel non: si sic ergo plures essent scientie speculatiue quam tres: cum multe alie sint scientie subalterne. Si non ponunt quod phisica matemathica cum ponant in numerum: cum metaphisica non subalternantur ei quod erat probandum.

❡ Preterea de subiecto scientie oportet precognoscere si est et quid est: primo posteriorum: sed in ista scientia non est notum quid est ens: ergo non est huiusmodi subiectum: probatur minor quia ens est comunissimum non habens genus et differentiam: ergo nec diffinitionem: ergo nec quid cum diffinitio dicat quid primo topicorum. ❡ Preterea subiectum cuiuslibet scientie habet propria principia ex primo posteriorum: sed ens sic comune non est huiusmodi ergo etc. probatio minoris tum quia ente nihil est prius: principium autem est prius principiato. Tum quia si ens inquantum huiusmodi et vt sic come haberet principia: ergo quodlibet ens haberet principia. Sic enim arguit arist. primo posteriorum de reduplicatione: Si iusticia esset bonum in eo quod bonum: iusticia esset omne bonum: consequens est falsum: quia tunc esset processus in infinitum in principijs et principiatis. ❡ Item substantia est primum subiectum huius scientie. ergo ens non est subiectum: consequentia patet quia eiusdem scientie non sunt plura subiecta prima antecedens patet ex sexto metaphisice. Substantiarum queruntur principia et cause: sed illud cuius principia et cause queruntur in aliqua scientia est eius subiectum. Item arguitur quod deus et intelligentie siue genus substantiarum separatarum quod idem est sit ibi subiectum per commentatorem .x. phisicorum comento vltimo dicentem: Qui prima philosophia .i. metaphisica que nititur probare entia separabilia esse peccat: genus enim entium separatorum esse non declaratur nisi in scientia naturali: hec enim entia sunt subiectum metaphisice vel philosophie prime. Et impossibile est aliquam scientiam probare suum subiectum esse. ❡ Ad ista argumenta dicendum ad primum Cum dicitur illud quo scientia formaliter distinguitur etc. Dico quod ista maior non est vera vniuersaliter. Ad cuius euidentiam notandum primo quod scientia non videtur esse tantum circa aliquid tanquam circa subiectum principaliter

consideratū:sed etiam circa causas sub-
iecti.exemplū sicut in libro ð anima tra
ctatur de diffinitione anime ⁊ partibus
⁊ passionibus eius ꝙuis illius scientie
subiectū ponatur corpus animatum cu-
ius anima est principium:⁊ sic de mul-
tis alijs.Consimiliter est in ꝓposito de
metaphisica.Nam eius consideratio est
circa causas altissimas nō tāꝙ subiectū
principale:sȝ tāꝙ principia subiecti:vn
de ī ꝓncipio sexti huius ðr ꝙ ꝓncipia ⁊
cause querunt̄ enti.Considerat ḡ meta-
phisica causas altissimas : vt principia
sui subiecti vel etiā aliter cōsiderat eas
vt ꝑtes principales subiecti primi quia
sunt nobilissima entia.¶ Scðo notādū
ꝙ substātie īmateriales ⁊ īmobiles non
ꝑtinēt ad ꝯsiderationē sciē alicui⁹ ꝑticu
laris note nobis ex puris naturalib⁹:lȝ
eñ de ip̄is sint multe ꝓprietates cogno
scibiles quātū ē ex ꝑte earū nō tñ nobis
via sensus:iō aliqua sciā possibil' est ha-
beri ð eis sȝ nō nobis.Proprietates āt
scibiles a nobis via sensus sūt passiōes
entis.vñ verū est ꝙ iste substantie sunt
subiectū alicui⁹ sciē speculatiue potenti
eas cognoscere sȝ nō nobis.Et ideo q̄n
tū ad ea que sūt scibilia de eis cadūt sub
ꝯsideratiōe metaphisice nō vt ꝓmū sub
iectū sȝ tāꝙ aliq̄d ꝯtētū sub ꝓmo subie-
cto qð est ens.De⁹ eī cognoscit̄ ī meta-
phisica nobiliori mō q̄ pōt ꝯsiderari ī ali
qua sciā naturaliter acq̄sita.Passiones
nāqȝ entis cū eo ꝯuertibiles ꝯgnosci in
sūmo de aliq̄ ente ⁊ passionū disiunctarꝫ
nobili⁹ diuidēs eidē ꝯpetere in sūmo ē
nobilissima ꝯgnitio naturaliter possibil'
de deo.Hec aūt tota ꝯgnitio ē metaphi
sica:qꝛ cui⁹ est ꝯsiderare passionē in cōi
de subiecto in cōi eiusdē est cognoscere
eandē passionē in summo de eodē subie
cto ꝑticularit̄.Tūc ad pbm̄ ḡ distinctio
ne sciē speculatiue.Dico ꝙ lȝ hmōi di-
stinctio possit fieri penes subiectū iuxta
illud tertio ð aīa:secant̄ sciē q̄admodū
⁊ res:ñ tñ solū sȝ etiā pōt fieri ꝑ ꝓncipia
vel etiā ꝓncipales ꝑtes subiecti:⁊ ideo

sciā hec est circa separabilia ⁊ immobi-
lia tanꝙ circa principia et principales
partes subiecti:et hoc modo denomina-
tur theologia vel diuina non a subiecto
sed a causa sicut naturalis scientia dici-
tur a natura que tamen communiter nō
ponitur subiectum illius scientie sed est
principium subiecti eius.¶ Ad secun-
dum dicitur ꝙ tunc in speculatione en
tis consisteret felicitas naturalis: nego
consequentiam : ad ꝓbationem dico ꝙ
aliquid perfectius potest esse dupliciter:
ter:vel permissiue vel positiue.Primo
modo quanto aliquid vniuersalius tan
to perfectius. Secundo modo omne in
ferius est perfectius suo superiori quia ī
cludit aliquid positiue quod addit su-
pra superius.Exemplum animal est ꝑ-
fectius musca permissiue pro quanto po
test esse in aliquo inferiori perfectiori ꝙ
sit musca puta in homine sed musca per
fectior est animali positiue pro quanto
includit animal et aliquid aliud.Ad ꝓ
positum noticia subiecti in scientia est ꝑ-
fectior permissiue : non oportet autem
ꝙ positiue perfectior est enim cognitio
qua cognoscitur ꝙ primum ens intelli-
git per essentiam suam :quod probatur
duodecimo metaphisice ꝙ scire ens in-
quantum ens est vnum. Cum ergo ait
Aristotiles decimo ethicorꝫ ꝙ in actu
metaphisicali ꝯsistit felicitas hoc habet
veritatem pro quanto substantie imma-
teriales sunt de consideratione metaphi
sici modo pre exposito in quarum contē-
platione consistit felicitas naturalis ꝑm
ipsum.¶ Contra omne virtualiter con-
tentiuum alicuius est perfectius eo eti-
am positiue sed notitia subiecti continet
virtualiter omnem aliam noticiam in
ista scientia ergo ⁊c.¶ Respōdet̄ ꝙ cō
tinere virtualiter aliquid potest esse du
pliciter vel virtualiter actualiter vel vir
tualiter potentionaliter.Prima conti-
nentia arguit perfectiorem noticiam
positiue. Secunda solum permissiue:
sic est in proposito maxime de scientia

vna vnitate generis ꝓximi vel remoti
ꝺ quo habet̄ sexto hui⁹. ¶ Ad terciū cū
arguit̄ ꝙ tūc oēs alias scientias subal
ternat: negādo ꝯñā ʒ. ad ꝓbationē dico
ꝙ ꝓcedit ab insufficiēti. Nā ad sciētiā
sabalternā nō sufficit subiectū sub sub-
iecto: sed plura alia requirunt̄ inter que
vnū est ꝙ noticia inferior a superiori ac
cipiat principia sua ad ꝓbandum ꝯclu
sionē. Requirit̄ etiā ꝙ subiectū sciētie
subalterne addat aliquā differētiā acci
dentalē ad subiectū scīe subalternantis
quō se habet ꝑspectiua que est de linea
visuali ad geometriam ⁊ musica que est
de numero sonoꝝ ad arismetricā. Son⁹
eñ addit numero ⁊ linee addit visuale:
hec additio deest in ꝓposito: licet enim
subiecta aliarum scientiarū sint ex addi-
tione ad subiectum metaphisice ⁊ aliqꝺ
cōstitutū ex subiecto metaphisice: ⁊ aliq̊
addito: illud tñ additū nō facit vnū per
accidens cū eo: sed vnū ꝑse. Illud nāqꝫ
additū est differentia mediata vel inme
diate cōtrahē s ens q̄ ē ꝑ se vnū facit cū
ente: vel cū aliquo includente ens inq̄-
tum ens sicut binarius addit suꝑ nume-
rū differentiā essentialē. ¶ Ad quartuʒ
cū dicit̄ ꝙ de subiecto oportet ꝑ̄supo-
nere quid est cōcedo: sed minor est falsa
⁊ cū dr̄ ꝙ ens nō hʒ q̄d cū sit cōmunissi
mū ⁊ trāscendēs. Dico ꝙ hoc ita est in
omni generalissimo: ꝙ nullū generalis-
simū habet q̄dditatē ꝓprie dictam cum
nō habeat genus ⁊ differentiā supra se
⁊ tñ q̊libet habet quid: quia alias non
ꝑ̄dicaret̄ in quid de aliquo. vnde ꝓba-
tio ista est insufficiens ꝙ si nō habet dif-
finitionē vel q̄dditatē ꝓprie dictā quod
nō haberet quid: vel q̄dditatē large su-
mendo. Non eñ sequit̄ nisi de q̄dditate
speciei cui⁹ ꝓprie est diffinitio. Licet ꝫ
ens ꝓprie nō habeat quid quod exꝑri-
mit̄ ꝑ diffinitionem: sicut arguit ꝓbatio
illa tñ habet quid eo mō quo habet eēn
tiam. Oportet eñ in diffinitionibus de
uenire aliquo mō ad aliqua simpliciter
indiffinibilia qꝛ nō est ꝓcessus in infini
tum in rationib⁹ ſm p. ij. huius. Quid

ditas ergo nō solum sumit̄ ꝓ diffinitio-
ne q̄dditatiua: sed etiā ꝓ inclusis in ipa.
¶ Ad aliud qñ dicebat̄ ꝙ ens inquan-
tum ens non habet principia. Dicendū
ꝙ principia subiecti possunt intelligi in
duplici genere: vl'i cōplexa vel cōplexa
⁊ vtroqꝫ modo ens habet pr̄icipia. Nā
principia incōplexa entis inq̄tū ens sūt
prime cause īmateriales: nā ipe sūt cau-
se primi effectus qui est rei entis: habet
etiā principia cōplexa. i. principia per q̄
sue ꝓprietates sibi inherent qꝛ de ipso
potest esse demōstratio ꝓpter q̄d vt di-
ctum est. Tūc ad ꝓbationes ente nihil
est prius: principiū aūt est prius princi-
piato. Dico ꝙ cū sit sermo de īcōplexo
principio: ens cōe vt sic nō habet princi
pium qꝛ cū sit cōe tam isti q̄ illi abstra-
hit ab vtroqꝫ ⁊ neutꝝ includit in sua rō
ne. Sed bene ens habet principium vt
reseruat̄ in suis inferioribus. nam plura
sunt entia quib⁹ ꝯuenit habere principi
um: ⁊ esse principiata: ⁊ hoc mō ens ha
bet aliquod prius se. ¶ Sed loquendo
de complexo ꝯcedo ꝙ tale principiū est
prius nō quidē ente: sed ꝓprietate entꝭ
cui⁹ est principiū: vt dictū est. ¶ Ad se-
cūdā ꝓbationē qꝛ tūc q̊libet ens habe
ret principia si entis inq̄tū ens sunt ꝑ̄n
cipia. Respōdeo si loquimur de princi-
pio incōplexo: sic dico ꝙ ens inq̄tū ens
habet principia accipiendo: ly inq̄tum
specificatiue: sed nō reduplicatīe eo mo
do quo arguit phi. j. posterioꝝ. Si vo
loquit̄ de principio cōplexo que sunt ꝓ
positiones inmediate ad ꝓbandū passi-
ones de subiecto: sic dico ꝙ entis inq̄-
tū ens sunt principia accipiendo ly inq̄
tū reduplitatiue: ⁊ sic oē ens habet prin
cipiū: qꝛ passiones entis sunt demōstra-
biles de quolibet ente ꝑ ꝑ̄ncipia ꝯplexa
Nā omnis passio suꝑioris est passio cu-
iuslibet inferioris per se licet non primo
Sic ergo patet ꝙ argumētū accipit mi
norem falsam. ¶ Notandū aūt ad eui-
dentiam ꝙ inq̄tū ⁊ quelibet alia dictio
reduplicatiua sumit̄ dupliciť. Aliq̄n re
duplicatiue aliq̄n specificatiue: Redu-

plicatiue quidez sumit̃ qñ denotat illud
cui iungitur eẽ formalẽ cãm et p̃scisam ĩ
hererentie p̃dicati ad subiectum. Exem=
pli grã: hõ inquantum homo ẽ risibilis:
ibi inquãtum denotat q ly homo qui se
quit̃ immediate ad ly ꝛ inquãtũ est cau=
sa p̃cisa et formalis quare risibile inest sb
iecto quod est homo. Nam risibile inest
homĩ ꝫm ꝓpriam rationẽ humanitatis
vt ꝑ causam: ꝛ tunc valet consequẽtia a
ly inquantũ ad vniuersalẽ. Nã si homo
inquantum homo est risibilis: oĩs ho=
mo est risibilis. Accipitur aũt aliquãdo
specificatiue quãdo nõ notat talem cãm
sed tm̃ formalẽ rationem illius cui adiũ=
gitur. Exemplum: homo inquantũ rati=
onalis ẽ albus: sensus est: q homo qui
est rationalis est albus. Vñ ly inquantũ
specificat q homini sic considerato sb ra
tione rationabilitatis nõ repugnat albe
do: et tunc non valet consequẽtia ab in=
quantum ad vniuersalem. non em̃ seq̃t
igitur omnis homo est albus. ¶ Ad illõ
q substantia est p̃mum subiectum: ergo
non ens: nego antecedẽs. Ad pbm dico
q nihil plus vult nisi q de substantia ẽ
p̃ncipalior intentõ metaphisici q̃ de ac
cidente tanq̃ de nobiliori ꝑte sui subiecti:
Sic enĩ principia querũtur ꝛ cause sub=
stantie non vniuersaliter sed p̃ncipaliter
Et ergo aristo. intendit ꝓbare in princi
pio sept° metaphi. vbi ꝓbat subiam pri
orem oĩ accidente prioritate triplici q̃=
re de ip̃a principaliter ẽ agendum.
¶ Ad cõmentatorẽ aũt impugnantẽ aui
cennã dico negandus est cõmentator: et
standũ est cũ auicenna ponẽte ens inq̃n
tum ens esse subiectuz metaphisice. Qd
aũt cõmentator dicit nulla scientia ꝓba
re põt suũ subiectũ eẽ: falsum ẽ. licet em̃
nulla scientia demõstret suũ subiectum
demonstratõne ꝓpter quid ꝛ a p̃ori: qꝛ
ipsum subiectũ est prius notum primita=
te nature. potest enim demonstrare su=
um subiectum demonstratõne quia est ꝛ
a posteriori. Qd etiã dicit q metaphisica
non põt ꝓbare deum esse: falsum est. h°
em̃ potest phisica et metaphisica. ꝓbat̃:
quia omnis propetas considerata de ef=
fectu quez impossibile est sibi inesse nisi
causa talis sit: concludit cãm demonstra
tam esse demonstratione qꝛ: Sed tam ꝓ
prietas considerata in scientia naturali
q̃ in metaphisica: de effectu nõ potest si=
bi inesse nisi deus sit.

Omnes homines na
turaliter scire desiderãt. ꝛc.
Viso de subiecto metaphis:
accedendum est ad explana=
tionem textus. Iste igitur liber diuidit̃
in duas ꝑtes: scz prohemium et tracta=
tum. secũda incipit ibi: Qm̃ aũt manife
stum. In ꝓhemio aũt ostendit aristo. cir
ca quid ista scientia v̓setur. secũdo qual̓
sit: ibi: quare v̓o nõ actiua. Circa primũ
duo facit: primo ostendit q huius scien=
tie que sapientia dicitur est considerare
causas. secundo quas vel quales causas
considerat: Qm̃ aũt scientiam ꝛc. Circa
primum adhuc duo facit: primo p̃mittit
quedam ex quibus ꝓpositum arguitur:
Secũdo ex p̃dictis rationẽ sumit: ibi: cu
ius aũt gratia. Circa primum duo facit:
primo ostendit scientie in cõi dignitatẽ.
secundo cognitionis ordinem ibi aliq̃ q̃=
dam dignitas aũt scientie: patet per hoc
q naturaliter ab omnibus desideratur:
ideo dicit aristo. q omnes homines na=
turalr scire desiderant. hoc aũt ideo pro=
ponit: vt oñdat: q querere sciẽtiam non
ꝓpter aliquod vtile qualis est hec scien
tia nõ est phanum: cũ naturale desideri
um phanum esse non possit. Ad euiden
tiam huius propositionis notandum q
triplex est appetitus vel desiderium ĩ re
bus: quidam ẽ appetitus naturalis: id ẽ
inclinatio vel tendentia quedam q̃ vna=
queq3 res naturaliter inclinatur ꝛ tẽdit
in suam ꝑfectionem vl̓ finẽ. Appetitus
aũt aĩalis seu sensitiuus dr qui cõsequit̃
sensũ ꝫm quẽ q̃libet sens⁹ inclinat̃ ꝛ ten=
dit in obm cõueniẽs ꝛ fugit incõueniẽs.
Appetit⁹ rõnalis dicit̃ ip̃a volũtas cõse
quẽs intellcm̃: sicut sensitiuus ꝯseq̃t̃ ip=
sũ sensũ ¶ Et nota q isti appetitus drñt
abinuicẽ. Primo: qꝛ appetitus rõnalis

estformalr̄ liber:non sic animalis:vel na
turalis. Secūdo:quin appetitus rōna=
lis ⁊ sensitiuus aliqn̄ nomiat poñam:ali
qn̄ actū elicitū a potētia. Appetit⁹ autē
naturalis nec nomiat potētiā nec actuꝫ
elicitū:sed ē q̄dā tendētia cōsequēs na=
turā rei: nō differēs realiter a natura rei
Tertio:qꝛ appetitus sensitiuus se habꝫ
in plus q̄ intellectiuus. Nā vbicunqꝫ ī
istis inferioribus ē intellectiuus reperit̄
sensitiuus et nō ecōuerso. Silr̄ appetit⁹
naturalis se habet in plus q̄ sensitiuus
et intellectiuus. Nā vbicunqꝫ reperiun
tur isti et ille ⁊ nō ecōuerso. Vn̄ iste ap=
petitus intellectiuus et sensitiuus vt sūt
quedā natura habent quendā appetitū
naturalem et inclinatōem et tendentiaꝫ
qua tendūt ad suū finē et ꝑfectionē: ⁊c̄.
Quarto:qꝛ appetitus aīalis ⁊ rationa
lis in suis actibus semꝑ p̄supponūt pri=
orem actū alteri⁹ potentie cognitiue:pu
ta voluntas presupponit actū intellect⁹
et appetitus sensitiuus actū sensus. Ap
petitus aūt naturalis nullū actum alicu=
ius potētie p̄supponit vt appetitus quo
graue appetit centꝝ ⁊ leue sursū.
¶ His premissis Notādū q̄ p̄dicta pro=
positio non intelligitur de appetitu rati
onali:qꝛ oīs appetit⁹ rōnalis ē forma
liter liber:vt patet ex p̄missis:sed appeti
tus quo oēs hoīes naturaliter scire
desiderāt nō ē formalr̄ liber:qꝛ si sic: tūc
possemus nō desiderare scire: ⁊ sic dicta
propositio nō eēt necessaria sed cōtigēs.
Nec eñ dc̄ā ꝓpositio intelligitur de ap=
petitu aīli:qꝛ tunc bruta appeterēt scire:
cū habeāt appetitū sensitiuū. Intelligit̄
igitur ſm scotum de appetitu naturali:
patet ꝑ locū a sufficiēti diuisione:qꝛ non
restat alius appetitus. Oēs homines
igit̄ desiderāt naturaliter scire.i.natura=
li appetitu: ⁊ p̄t ꝓbari hec propō a p̄ori
Vnumquodqꝫ appetit suam ꝑfectionem
tam primam que ē forma q̄ secūdā que ē
opatio:ꝑ quā coniūgit̄ suo principio:igit̄
hō naturalr̄ appetit sciam que est eius ꝑ
fectio prima: ⁊ intelligere quod est eius
ꝑfectio secūda:ꝑ quam coniūgitur suo p̄n
cipio. Probat aūt aristo. hanc ꝓpōem
a posteriori ꝑ signum:qꝛ cum sensus no=
bis defuiūt: ⁊ ad cognitionē rerū ⁊ vite
vtilitatē diligūtur a nobis ꝓpter seip̄os
in q̄tū sūt cognoscitiui:etiā p̄ter h⁰ q̄ v=
tilitatē conferūt ad vitam: ⁊ hoc probat
ex illo q̄ ille sensus maxime ab omnibus
diligitur qui magis est cognoscitiu⁹: cu
iusmodi est visus:quē diligimus non so
lum ad aliq̄d agendū:sꝫ etiā si nihil age
re deberemus. cuius cām reddit: qꝛ iste
sensus inter oēs alios facit nos mag
scire:et plures drn̄ias reꝝ nobis demon
strat. ¶ Propter quod notandū: q̄ licet
tactus sit duarū cōtrarietatuꝫ scꝫ calidi:
frigidi:humidi et sicci:ꝓpter quod non
est vnus simpliciter sꝫ duo: vt patet ī h⁰
primo. Visus aūt tantū vnus sit cōtrari=
etatis:scꝫ albi et nigri:plures tamē diffe
rentias rerum demonstrat nobis vis⁹ q̄
tactus. qꝛ obiectū visus scꝫ lux et color ī
pluribus corꝑibus reperiūtur q̄ omnes
qualitates tangibiles. qꝛ omnia corpora
q̄ suꝑiora q̄ inferiora lucē ⁊ colorē ꝑti=
cipant:non aūt alias qualitates:puta tā
gibiles audibiles.

Alia quidem igit̄ natura sen

suum. ⁊c̄. Consequenter ꝓsequitur. p.
de ordine cognitionis dicens q̄ oīa ani
malia in hoc cōicāt q̄ hn̄t sensū. Nā ex
hoc animal ē animal q̄ habet animā sē=
sitiuā: q̄uis aūt oīa aīalia habēt sen=
sum:non tn̄ habēt oēs sensus sed solū
ꝑfecta. Omnia tamē habent sensum ta=
ctus cum sit maxime necessarius. Est. n.
cognoscitiuus eoꝝ ex quibus aīal con=
stat:scꝫ calidi frigidi:humidi et sicci.
¶ Deinde ponit aristo. gradus cogniti
onis in hmōi animalibus dicēs: q̄ que=
dam sūt q̄ habent sensum: nō tn̄ memori
am: cuiusmōi sūt aīalia īmobilia ſm lo
cum: vt sunt conchilia. Ex q̄ infert q̄ q̄=
dam sunt prudentia et quedam non: cū
ergo prudentia ex p̄teritorum memoria
de futuris ꝓuideat in illis animalibus:
prudentia esse non p̄ōt que memoria ca
rent: illa xͦo que memoriam habent ali

quid prudētie habere possūt. ¶ Deinde ostendit q etiā hmōi aīalia aliqd ptici pant experimenti: licet parum: et hoc: qz ex multis sensibus et eoz memoria asue scunt ad aliquod prosequendum vel vitandum.

Pro euidentia predictoruz notandum q duplex est prudentia scilz proprie dicta et methaphorice. Prudētia proprie dicta est habitus actiuus cuz ratione varia. In omni eīn virtute morali requiritur prudentia in intellectu regulatiua: et habitus virtutis in volūtate vt prompte et faciliter eligat illud qd recta ratio dictat et determinat eligendum. Habitus autem virtutis generatur ex frequentibus electionibus: vt habitus castitatis ex frequenter eligere cōtinere. Prudentia autem generatur ex frequenter dictaminibus: id est ex frequenter determinate apprehendere hoc esse agendum. Licet autem scientia moralis sit habitus actiuus cum ratione vera sicut prudentia: tamen in hoc differunt: quia sicut ars se habet circa factiblia ad habitum experti: ita scientia moralis se habet circa agibilia ad habitum prudentie: quia habitus artis et scientie moralis quasi sūt remoti ad dirigēdū: qz vlēs. vt aliquis potest scire artem musice: non tamen dirigitur nisi in particulari habeat actum: sic in habitu virtutum simpliciter. Sed habitus prudentie et experti quia geniti sunt ex actibus sunt particulares: et ad dirigendum propinqui. quia ergo ad prudentiam proprie dictaz requiritur ratio: igitur est solum in hominibus. ¶ Prudētia autem metaphorice dicta non requirit rationem: ideo reperitur in brutis: non quidem respectu eorum ad que naturaliter et necessario inclinantur: vt in formica ad hoc q sit congreget grana simpliciter: sed respectu eorum ad que se habent contingent vt q congreget grana in illo foramine et non in alio: et q accipiant ab hoc cumulo et non ab alio: et hoc est ex memoria foraminis in quo primo reposuit et cumuli vnde prius recepit. Quod probat doctor subtilis: quia prudētia ē habitꝰ consiliatiuus: ex sexto ethic: in q qs ē potēs facilr et pmpte cōsiliari quid agenduz. Consiliū nō est de fine sed de his q sunt ad finem: vt habet phs in ethi. Medicꝰ enī nō ↄsiliat si inducit sanitatem: sed d modis quibꝰ inducet. Itē cōsiliū non ē de necessarijs: sed de contingētibꝰ. nullus eīn cōsiliat si sol oriatur vel nō. Prudētia g dz poni in brutis circa ea q possunt alr et alr agere. Sz ea ad que se habet instinctu naturali nō sūt contingētia hoc mō: qz cōsequūtur totā spēm: et illa necessario consequūtur: ita q ad illa magis necessitāt et agūtur q agāt: g respectu talium non est prudentia. ¶ Notandum insup q collatio est duplex: quedā est proprie discursiua: qn ex magis noto pceditur ad minus notum et sic conferre necessario requirit rationem: et ideo est tantū in homine. Alia est large sumpta put aliquid ex memoria vnius facit hoc et non aliud: et its nō requirit necessario rationem: ideo est in brutis: que conferēdo futurum ad preteritum ex memoria preteritorum prouident de futuris

Capitulū tertiū.

Fit autem ex memoria hominibus experimentū. etc. Consequenter aristo. pōit diuersos gradus humane conditionis dicens q primo ex mltis memorijs generatur experimentum: ita ex multis experimentis ars generatur. Et in hoc est quedaz conuenientia artis et experimenti: quia sicut ex multis memorijs generatur experimentum: ita ex multis experimentis ars siue vniuersalis acceptio de omnibꝰ similibus. Differunt tamen: quia experimentum tantum versatur circa singularia: ars vero circa vniuersalia: quod consequenter p exēpla exponit. Cū enī homo accipit in sua cognitione q hec medicina ꝓtulit sorti et platōi tli infirmitate laborātibꝰ et mltis alijs hꝰ ad expimētū

ptinet. Sz cũ aliq̃s accipit p hoc q̃ conferat oĩbus laborãtib⁹ in tali spẽ egritudinis: et ẽm talẽ cõplexionẽ illud iam ad artẽ ptinet. ¶ Pro quo notãdum q̃ licet ex multis nõ nccrio inferat vlis: tñ probabiliter potest inferri cũ hac propositõe natura agit vt ĩ plurib⁹ ñ impediatur. ¶ Notãdũ insup q̃ duplex ẽ cognitio: quedam enĩ habita est p inuẽtionez alia vo p doctrinam. Primo eñ sciẽtie fuerũt inuente: et deinde a magistris p doctrinam discipulis tradite. Et sunt isti mõi sciendi similes sanatiõi. Quandoq̃ enĩ natura est potens: ita q̃ sine adiutorio extrinseco inducit sanitatẽ: quãdoq̃ aũt pp̃ter sui debilitatẽ indiget adiurio extrinseco: et de se nõ sufficit: vt patet ad sensũ: et tũc illud extrinsecũ ẽ tanq̃ instrumẽtũ: ipa eñ natura est principaliter sanãs. Similiter ĩ pposito. Naz in quibusdam naturale lumẽ intellectus est ita potens q̃ ex se sufficit vt applicet principia ad cõclusiones: et tũc dicit generari scientia p inuentionẽ. Qñq̃ aũt ex se ñ p̃t ea tũc iuuat ex quibusdã signis sensibilib⁹ propositis sibi a doctore p que voces exprimit applicationem p̃ncipiorũ ad cõclusiones: et tũc intellectus addiscentis vtute proprij luminis conclusioni assentit quã videt esse demonstratam ex principijs ita q̃ illa signa ita se habẽt sicut instrumentum: sz lumen intellect⁹ vt principale agens inducens sciẽtiam: ⁊ tunc sciẽtia dicitur acquiri p doctrinã ¶ Notandũ insup q̃ oĩs nostra cognitio siue ptineat ad sensitiuam interiorez vt memoratiuã: ⁊ sic de alijs: siue ad intellectiuam oritur a sensu: d̄ sensitiua interiori patet vt declaratum ẽ in li. d̄ anima. De intellectiua etiã habita p inuentionẽ patet. De habita etiã p doctrinaz patet: q2 vt est in li. de anima declatum: necesse est intelligentem fantasmata speculari. Dicit etiã aris. primo poste. q̃ deficiente sensu deficit in nobis scientia d̄ illis sensibilib⁹. vñ si cec⁹ natus doceret de coloribus: nũq̃ haberet habitũ scientificum de eis: sed tñ habitum fidei vel credulitatis inquantũ p̃t credere docenti q2 color ẽ tale ens. ¶ Notandum insuper q̃ oĩs cognitio intellectiua vel est principiorum vel cõclusionũ: et vtroq̃ modo dupliciter: Uel q2 ẽ ĩ cõplexa notitia: puta de terminis principij vel conclusionis: Uel complexa de complexiõe hui⁹ vel illius. Quantũ ad cognitionez terminoꝝ nõ est cognitio experimentalis que scz est freq̃ẽs acceptio sensibilium necessaria: sed bñ ẽ nccria app̄hensio aliqua sensibilis: q2 sine ista nõ p̃nt termini ab intellectu concipi: vt patet ex precedentib⁹: nihil eñ est ĩ intellectu quin prius fuerit in sensu aliquo mõ: vel q2 p se: vt color: vel p suas ptes: vt mons aureus: vel in suo remisso: vt albedo intensa: vel in suo simili: vt antixp̃s. vel ĩ suo effectu: vt de⁹: vel quouis modo. Quãtum aũt ad cognitionẽ complexam principij vel conclusionis iuuat cognitio experimentalis: vt assentiatur citius ipis. Affirmatiuis q̃dem si per sensus cognoscatur connexio extremoꝝ in singularibus. Negatiuis vero si cognoscatur separatio extremoꝝ: Quia eñ sensus frequenter videt hanc totalitatem et hanc minoritatem coniungi ex hoc intellectus citius assentit illi principio: oĩe totũ est maius sua pte. Notitia igitur expimentalis est coadiuuans ad notitiam cõplexam principiorum ⁊ conclusionũ. App̄hensio vo aliqua sensibilis ẽ nccria ad cognitionẽ terminoꝝ: ⁊ hoc mõ ex experimentis generat ars: nulla tamẽ notitia expimẽtal' nec sensitia ẽ simplr necessaria ad cognitõem cõplexã principiorũ vel cõclusionũ. pbat: q2 ip̃e intellcũs cõceptis termĩs p̃t vtute ppa ipos cõponere vl' diuidere: ita q̃ ccept⁹ tl'es cõplexi si sint p̃moꝝ p̃ncipioꝝ eẽ cognoscunt veri mediãte luĩe naturali intellcũs: q2 p̃ncipia cognoscim⁹ inquãtũ termĩos cognoscim⁹: p̃mo post. Cõclões ãt cũ vtualr' ptineãtur in p̃ncipijs p̃nt elici ex ill'. Nõ ẽ igit simplr nccria cognitio experimẽtal': nec sensitiã ad cognitionẽ cõplexaz p̃ncipioꝝ vel cclõm: lz eñ nũq̃ p ali

sensu videatur hec coniunctio vel separatio in re si tamē ex sensibus apphēdantur termini: et intellectus componat vel diuidat ille assentiat ppria virtute: imo vbi sensus pcipit cōiūctōem terminorum simplicium in re adhuc certius adheret principio complexo p lumē naturale intellectus q̄ p aliquā sensus apprehensionem. Si eīn in applicatōne sensus eēt error: adhuc intellectus circa illud principiū nō erraret q̄tū ad veritatē compositionis: sed indicaret etiam sensum errare circa hoc non obstante q a sensu errāte accipet notitiā simpliciū. vñ videmus vbi sensus pcipit baclm positū in aq̄ frāgi intellectus iudicat sensum errare: q2 nullū durū frāgit ad tactū mollis. Hec materia tractatur diffuse a docto. subti. in li. primo.

contente modo p̄dicto sunt vna genere remoto. ¶ Quātum ad scōm dico tria. primū est ꝙ loq̄r ibi ꝺ scīa speculatīa reali scꝫ que ꝯsiderat intentiones primas abstractas a singularibꝰ rebꝰ ⁊ dictas de illis in quid: ꝑ hoc excludit logica q̄ est de scōa intētione: q̄ ꝺ nulla re prime intentiōis p̄dicat in quid. Scōm dictū est ꝙ loquit.p.hic.de scīa speculatiua stricte sumpta: que scꝫ ex natura rei et subiecti ordinat ad scire tm̄ tanq̄ ad finē: ⁊ nūq̄ ordinat ad scire directiuū in aliqua opatione q̄ nō est essentialit speculatio ꝑ qꝺ excludit practica vl̄is q̄ est largo mō speculatiua dicta eo mō q̄ medicina vl̄is theorica noīatur. Tertium dictū est ꝙ.p. loquit hic de scientia speculatiua possibili acquiri ab hoīe lumīe naturali intellectꝰ scꝫ ex principijs cognitis via sensus: qꝛ nr̄a cognitio orit a sensu p̄mo posterioꝝ: ꝑ qꝺ excludit speculatīa cognitio ꝺ substātijs sepatis q̄n tū ad ꝓpria ipārū: vt dicet infra. Scīa ḡ speculatiua cū triplici determinatiōe p̄dicta sufficienter hic diuidit a ph̄o in ꝑtes tres sic intelligēdo: ꝙ illa diuisio ē primaria que scꝫ est in diuidētia cōtenta īmediate sub diuiso: qꝺ sic ptꝫ qꝛ talis diuisio nō potest esse in scias habentes vnitatē primo mō: qꝛ iste sunt speci alissime species ⁊ remotissime a diuiso: quare optet ꝙ sit in habentes vnitatem scđo aut tertio modo: sed istarū vnitatū vtraq̧ corrn̄det vnitati subiecti virtualiter ꝯtinentis totā sciam: vt dictū est s̄. ergo sequit ꝙ ꝭm distinctionē taliū subiectoꝝ oportet esse distinctionē talium scientiaꝝ. Hāc cōclusionem sic expositā ꝓbo sic: subiecta p̄ma ꝓprie speculabilia, ⁊ realia de quibꝰ possunt sciri aliqua via sensus sunt tria tm̄: ergo tm̄ sūt tres scīe speculatiue reales ⁊ ꝓprie scibiles naturaliter via sensus. ꝯn̄s est euidēs ex p̄dictis: an̄s ꝓbat, sic qꝛ ab omnibꝰ speciebꝰ cōibꝰ pōt abstrahi vnū cōe qꝺ est ens habēs ꝓprias passiones ex quarto huiꝰ: vt sunt oīa transcendētia puta bonū vnū actꝰ ⁊ poñā ⁊c. ḡ de ente est aliq̄ scientia possibilis q̄tū ad tales passiones ⁊ etiā necessaria: qꝛ cognitio nr̄a ꝓcedit a cōibus ad ꝓpria ex primo ph̄icorū. Ens aūt est subiectū reale: qꝛ p̄dicat de rebꝰ in q̄d ⁊ est subiectum speculabile ꝓprie: qꝛ circa ens inquātū ens nō est nata eē speculatio aliqua directīa in aliqua opatione q̄ fit vere praxis alteriꝰ generis a speculatione. Item passiōes eiꝰ pn̄t ostendi de ipo ex principijs cognitis via sensus habemꝰ ḡ vnū subiectū p̄mū qꝺ habet oēs conditiones p̄dictas: ⁊ sic pꝫ prima ps an̄cedētis. Alteriꝰ qꝛ habitus in vl̄i nō est respectu ꝓpriorū nisi in potentia tm̄: ⁊ ꝭm quid: ⁊ ad hoc ꝙ intellectus circa aliqua speculabilia ꝑficiat oportet descēdere inferiꝰ ⁊ querere subiecta specialia. ¶ Notādū ergo prio ꝙ sub ente occurrūt p̄mo decē gn̄a gn̄alissima de q̄bꝰ ex pricipijs notis via sensus nō sunt demonstrabiles aliq̄ passiones q̄ transcendētes: ⁊ ideo nullū illorū est subiectū alteriꝰ sciētie q̄ metaphice. Alteriꝰ si oportet diuidere ad inuestigandū subiectū alicuiꝰ scīe: non oportet ꝓcedere diuidēdo aliqꝺ genꝰ accidentis: qꝛ qꝺliber istoꝝ ⁊ quelibet species cuiuslibet istoꝝ in aliq̄ specie sube mediate vel inmediate virtualiter cōtinetur. Et ita si quotcūq̧ istoꝝ poneret ꝓ subiecto: licet forte haberet aliquam passionē ꝺ se scibilē nō tn̄ esset subiectū quare nō accipit prima distinctio scientiaꝝ penes aliqꝺ istoꝝ. Oportet igit diuidere subām p̄cise vt subiectū p̄mum habeat alteriꝰ scīe a metaphisica: diuisa aūt suba ꝑ corpoream ⁊ incorpoream alterū mēbrū scꝫ incorporeū ponit ꝑtinere ad metaphisicā: cuiꝰ rō ē: qꝛ si suba ī corporea habeat passiones sibi p̄mo inherētes n̄ tn̄ nobis scibiles via sensus: sed sic sunt note de ipsa sole passiones entis. Unde verū est ꝙ illa suba est subiectū respectu scientie speculatiue possibil' intellectui potenti in cognitionē ipsarū sub ꝓpria ratione sꝫ nō nobis. Restat igit substātia corporea cui absolute cōsiderate inest primo quātitas ꝯtinua

et ꝭm aliquos distreta ⁊ mediante quātitate omnia que sequunt̄ q̄ntitatē vt sūt relationes fundate suꝑ quātitatē: ⁊ qualitates quarte speciei: ⁊ iste passiões sūt de ipa cognoscibiles ex principijs notis via sensus: ꝗ ipa est vel potest esse subiectum scientie speculatiue possibilis nobis ⁊ alterius a metaphisica: ⁊ hec vocat̄ mathematica: que q̄uis dicat̄ esse d̄ quāto siue quātitate iō est: qꝛ mathematica nō multū cōpat quātitatē ad subam corporeā: sed posteriores passiones ad quātitatē que est prima passio substātie corporee. Et qꝛ ista nota ē ī eē subiecto ⁊ ideo supponit̄ vt formalis rō subiecti posterioꝝ passionū: tn̄ ꝭm rei veritatem pmū subiectū ꝟtute cōtinēs oīa ē suba corporea: et sic ptʒ alia ps añcedentis. Alteriꝰ eadē substātia corporea nō contracta ad inferiꝰ: sed alio mō cōsiderata inquantū scʒ habet formam que est ꝑ̄ncipiū determinate opationis ⁊ motꝰ ⁊ q̄etis habet multas passiones sic sibi ī herentes ⁊ scibiles ꝑ viaʒ sensus: Ergo q̄ ad istas passiones est alia speculatia tertia q̄ dicit̄ phisica siue naturalis: ⁊ sic pʒ tertia pars añtecedentis. Preter istas tres nō pōt inueniri aliqua scia speculatiua que non cōtineat̄ sub aliqua istaꝝ: puta si sit de aliq̄ substātia inferiori: vel in aliqua istaꝝ includat̄: puta si sit d̄ aliquo accidente: ꝗ tm̄ sunt iste tres diuidentes primo sciam speculatiuā penes tria subiecta habentia cōditiones superius exp̄ssas: ⁊ sic ptʒ totū añs. sic igitur ad questionē. ¶ Notādū insuꝑ ꝙ non ē incōueniēs tractari de eodē in pluribꝰ scientijs: ꝭm tn̄ aliā ⁊ aliā rōnē vt metaphisica tractat de quātitate inquātū est ps entis: ⁊ habet rōnē entis: Phica āt vt potest esse subiectū motus mathematica aūt sub p̄cisa rōne quātitatis.

Sed quoniā ens simplicit̄.

¶ Hic oñdit ari. de quibus entibꝰ hec scientia ꝑ̄ncipaliter tractare intendat. Et primo oñdit ꝙ nō tractat de ente ꝑ accidens. Scd'o ꝙ nec de ente ꝙ ē ideꝫ qd̄ verū ibi. Quod aūt ꝙ verū. Circa p̄mū dicit ꝙ cū de ente ꝑ accidens nō possit esse aliqua scia: metaphisica nō erit d̄ ente ꝑ accidēs. ¶ Ad cuiꝰ euidentiam scd'o. ponit hic aliquas distictiones: deinde ostendit aliquas cōclusiones. de p̄mo sit ista prima distinctio: ꝙ Ens ꝑ accidens d̄r dupliciter: vno mō vt ly ꝑ accidēs priuat ꝑseitatē in entitate ꝭm se: ⁊ sic aggregatū ex rebꝰ diuersoꝝ generꝝ d̄r ens ꝑ accidēs siue nominet̄ vno noīe vt albū qd̄ importat subiectū cū accidente siue noīet̄ diuersis noībus vt quātum albū: musicū albū. Alio modo vt ly ꝑ accidēs priuat ꝑseitatē rei nō in se sed in cōpatione ad aliquā cām p̄ter cuiꝰ intētionē euenit vt casuale vel fortuitum.

¶ Scd'a distictio sit ista ꝙ scia pōt distīgui vel ꝭm vnitatē speciei spēalissime vl' generis intermedij ⁊ ꝓpinqui vel etiā generis remoti sicut dictuꝫ est ca. p̄cedēti. ¶ Tertia distinctio sit ista ꝙ aliquid pōt sciri dupl'r vel absolute vel reduplicatiue. ¶ Quantum ad scd'm sit ista prima cōclusio: de ente ꝑ accidēs ꝑ̄mo mō accipiēdo nō pōt esse scia ꝑse vna vnitate speciei. Ista ostendit̄ sic: vniꝰ scibilis isto mō est ꝑ se vna causa: sed tale ens ꝑ accidens nō potest esse vna ꝑse causa: ꝗ ⁊c̄. ꝓbatio minoris: qꝛ cū tale ens nō sit aliquod vnū ens ꝑ se nō poterit ꝑ se eē causa alicuiꝰ vniꝰ passionis: ⁊ ideo d̄ tali nihil demōstrat̄ nisi ꝑ alterū conceptū quē includit: ⁊ ideo illi cōceptui ꝑse inest tale demonstratū: nō aūt toti cōposito nisi ꝑ accñs: ꝗ scientia vna specie que scʒ est cōclusionis demōstrate nō est ꝑse nisi de altero cōceptu ī tali ente cōplexo incluso. ¶ Scd'a cōclusio sit ista: ꝙ de ente ꝑ accidens primo mō dicto pōt esse sciētia vna vnitate generis ꝓximi vl' remoti. hoc ostēdit̄ sic: Cuius intelligibilis plures passiones virtualiter cōtinentis potest esse vna scientia vnitate generis ꝓximi vel remoti: sed ens per accñs primo mō est hmōi: ꝗ ⁊c̄. ꝓbatio minoris: qꝛ tale ens est aliquo modo vnū itelligibile scʒ vnico actu qui est ꝑ se eiꝰ vt

obiecti licet nō sit ꝑ se vnꝰ: nō em̄ ita impossibile est hominē albū vnico actu intelligendi cōcipi sicut hominē ⁊ asinū: nec tñ ita simplici ⁊ ꝑse vno actu cōcipiendi ꝯcipitur hō albus sicut homo. Tali ergo enti natꝰ est correspondere habitus ex talibus actibꝰ generatꝰ licet talis habitꝰ nō sit vnꝰ sicut ille q̄ esset alterius ꝑtis tm̄. ¶ Confirmatur q2 scīa subalterna est de ente ꝑ accidens p̄mo modo vt patet tā inducēdo in ꝑspectiua: musica. ⁊ astronomia: q2 de linea visuali multa ꝓbat ꝑspectiuꝰ que ꝑ solā rōnē linee nō insunt alioquin ꝑspectiua esset pura geometria. Similiter ōndit multa que ꝑ solā rōnē visualitatis nō insunt: alias eēt pura naturalis: ergo quicq̄d est subiecti eiꝰ includit ambo: que quidē non sunt nisi vnū ꝑ accñs. Tum q2 quelibet talis scientia subalternat̄ duabꝰ: vtriusq3 em̄ cōclusiones cōtinent̄ in ea ꝓ ꝑncipijs qđ nō esset nisi eiꝰ subiectū subiecta includeret ambarū. ¶ Sequūtur alie due cōclusiones que sunt de ente ꝑ accidēs secūdo mō dicto. ¶ Prima ē hec: đ ente ꝑ accidens scđo mō reduplicatiue sc3 inquantū est ens ꝑ accñs nō pōt esse scīa. hoc pt3 ꝑ ar. q2 omne illud de quo est scīa: vel est semꝑ vel frequēter: sed ens ꝑ accñs nō est hmōi: ergo ⁊c. minor pt3: q2 ens ꝑ accñs scđo mō dicitur ꝑ accñs ꝑ cōꝑationē ad aliquā causam p̄ter cuiꝰ intentionem euenit qñq3: nō tñ semꝑ nec frequēter: Et ideo vt sic tale ens ꝑ accidens nō est scibile. ¶ Secunda cōclusio sit ista: de ente ꝑ accñs scđo modo dicto nō reduplicatiue sed absolute sūpto potest esse scīa: hoc ostenditur sic: omne illud qđ habet causam determinata3 a q̄ euenit semꝑ vel frequēter est scibile per illā: sed ens ꝑ accidēs scđo mō nō inq̄ꝫtū ens ꝑ accñs s3 absolute sūptū ē hmōi ergo ⁊c. ꝓbatio minoris: l3 em̄ ex ꝯꝑatiōe solis ad zodiacū nō possit sciri ꝙ pluat sub cane: q2 vt sic nō hr̄ cā pluuie: tñ ex cōꝑatione alterius planete ad solē vel ad aliū planetā: vl̄ ad stellas fixas: vl̄ ex cōꝑatiōe multoꝝ simul possunt sciri q̄ sūt cōcurrētia ⁊ sunt causa pluuie vt ī pluribꝰ: ⁊ sic generaliter etiā in alijs. nullū est em̄ ens ꝑ accñs respectu alicuiꝰ ꝙ ñ sit ꝑ se effectꝰ respectu alteriꝰ vel alioꝝ cōcurrentium.

Quod autē vt verum ens.

¶ Hic ar. đ ente determinat qđ significat ꝟitatē ꝓpositiōis: Circa qđ duo facit. primo determinat qualiter dicatur hmōi ens: scđo mō remouet ip̄m a p̄ncipali cōsideratione huiꝰ scīe. ¶ Quo ad p̄mū dicit ꝙ ens q̄ddā dicitur quasi verū. i. ꝙ nihil aliud signat nisi veritate3. Cum em̄ interrogamꝰ si hō est aīal rñdetur ꝙ est ꝑ qđ signat̄ ꝓpositionē premissam esse verā: ⁊ eodem mō nō ens signat quasi falsum. cū em̄ rñdet̄ nō est significat ꝙ ꝓposita orō sit falsa. hᵒ igit̄ ens cōsistit circa ꝯpositionē ⁊ diuisionē siue affirmationē ⁊ negationē. Quo ad secūdū excludit hmōi ens a p̄ncipali cōsideratione huiꝰ doctrine dicēs ꝙ ꝯpositio ⁊ diuisio in q̄bus est verū ⁊ falsum ē in mēte ⁊ nō in rebꝰ: cōsistit em̄ in q̄dam cōꝑatione duorum conceptorū siue illa duo sint idem s̄m rem siue diuersa. Utitur em̄ intellectus quādoq3 vno vt duobus ꝯpositionem formans: sicut cu3 dicit̄ homo est homo. Ex quo patet ꝙ talis cōpositio est solū in intellectu ⁊ non in rebus. Tale ergo ens cū sit ens rationis excludit̄ a ratione metaphisice que ē scientia realis. ¶ Ad cuiꝰ euidentiam s̄m scotum in hoc sexto ponam aliquas distinctiones. Secundo ostenda3 aliquas conclusiones. đ primo sit ista p̄ma distincto: ꝙ veritas est duplex ꝙ quedā est in rebus ⁊ quedā in intellectu ¶ Scđa distinctio ē ista ꝙ veritas ī rebus sumit̄ dupl'r: vnoᵒ s̄m se ⁊ absolute s̄m rē. Alio mō s̄m cōꝑationē ad ꝯgnoscibilitatē ⁊ intelligibilitatē. Prīo sumit̄ tripl'r: vno mō vt dicit absolute conformitatē ꝓducti ad ꝓducēs. Alioᵒ determīate vt dicit ꝯformitatē ꝓducti ad ꝓducēs s̄m imitatōe3 Alio modo vt vltra istā imitationē addit adequationem

primus modus istoꝝ triū licet videatur esse cōis scđo ⁊ tertio: tñ si respectꝰ veri iponat̄ ad significandū qđcūq; istoꝝ triū s̄m ꝓpriā rōnē est equiuocū. Scđs aūt modus inuenit̄ i creatura que imitat̄ exemplar diuinū vel creatū a quo ꝓducit̄ cui aliq̄ mō assimulat̄. Tertiꝰ modus inuenit̄ in filio dei q̄ est veritas in quo est sūma similitudo ad p̄mū ꝓducēs s̄m augusti. hec eīn est cōformitas cū adequatione. ¶ Scđo aūt mō p̄ncipali vt scꝫ ē veritas in rebus ꝑ cōꝑatione ad intellectū dicit̄ res vera tripliciter. vno modo q2 quātū est de se est manifestatiua cuicūq; intellectui potēti manifestationē cognoscere Alio mō q2 est assimilatiua intellectus sibi assimilabilis puta mediante actu vel aliqua specie que nō est nisi intellectus creati. Alio modo q2 facta manifestatione vel assimulatione res est in intellectu sicut cognitū in cognoscente. Et sciendū ꝙ ille scđs ternarius distinguit̄ a p̄mo: q2 habitudo ad ꝓducētē ⁊ intelligentē est alia ⁊ alia: licet idē sit quādoq; ꝓducēs ⁊ intelligēs. ¶ Tertia distinctio sit ista ꝙ veritas in intellectu ē duplex s̄m duplicē eiꝰ oꝑationē: s̄m q̄ꝝ vtrāq; natus est cōformari obiecto vt mensuratū mēsure q̄nto huiꝰ. c. đ aliq̄d. vna veritas dicit̄ cōplexa alia icōplexa. veritas incōplexa est habitudo cōformitatis vel similitudinis actꝰ simplicis ad obiectū simplex itelligibile: v̄itas āt cōplexa ad obiectū cōplexū. vel s̄m alios veritas cōplexa est ꝯformitas inter subiectū ⁊ p̄dicatū. Est aūt d̄ria inter veritatē cōplexam ⁊ incōplexā: q2 veritati icōplexe nō opponit̄ falsitas sed ignorātia tm̄: ⁊ sic intelligit̄ illud tertij de aīa. Q2 intellectus circa qđ q̄d est: est semꝑ verus: qđ est intelligendū p̄cise circa cōceptū simpliciter simplicē. Nā intellectꝰ simplex circa cōceptū nō simpliciter simplicē: lꝫ nō possit eē formaliter falsus tñ pōt esse virtualiter falsus apphendēdo aliquid sub determinatione sibi nō ꝯpetente. vnde q̄nto huiꝰ. c. đ falso dicitur. Q2 est aliqua rō in se falsa ⁊ tñ illa ratio in se falsa est intelligibilis in simplici apprehensione Scđe aūt veritati scꝫ ꝯplexe opponit̄ ignorātia priuatie et falsitas ꝯrie qñ scꝫ vniunt̄ in intellectu q̄ in re nō sunt vnita. ¶ Dubiū tñ est an hec veritas et illa sit relatio realis vel rōnis. de veritate incōplexa videt̄ dicendū ꝙ cuꝫ sit in tertio modo relatiuoꝝ ꝙ sit realis ex ꝑte oꝑationis: q2 oꝑatio depēdet ad obiectū vt mēsuratū ad mēsurā: sed ē rationis ex ꝑte obiecti. Tuꝫ q2 obiectū vt sic hꝫ esse distractū: q2 esse ꝯgnitū distrahit ab ente. Tū q2 est mēsura que nō dependet essentialiter ab oꝑatiōe mēsurata. ¶ De veritate cōplexa dicēdū est eodē mō si illa sit ip̄a operationis cōformitas ad obiectū vt p̄dictū est. Si aūt s̄m aliā viā sit conformitas inter p̄dicatū et subiectū: tunc circa vtrūq; erit relatio rationis: q2 extrema vt sic sunt entia rationis supra que fundat̄ hmōi cōformitas. ¶ De scđo p̄ncipali sit ista prima ꝯclo: Veritas in intellectu s̄m oꝑationē complexā nō est de cōsideratione metaphisice. Ratio huiꝰ est: q2 talis veritas vel ē relatio realis vl' solū rōnis s̄m duas opiniones. Si ē real' ꝑtinet ad librū de aīa vbi agit̄ de potētijs ⁊ actibꝰ aīe. Ex nā eīn actꝰ intellectꝰ cognoscit̄ quō ē fūdamētū talis relationis. Si vero ē relatio rōnis s̄m aliā opinionē tūc ꝑtinet ad cōsideratione logici. cuiꝰ ē cōsiderare possibile: ⁊ ipossibile alios modos cōponētiū. Silr' dicēdū đ v̄itate icōplexa itellectꝰ. ¶ Scđa ꝯclo sit ista: veritas in rebꝰ primo modo sumpta scꝫ ꝑ cōꝑatione ad ad ꝓducētem ꝑtinet ad cōsiderationeꝫ metaphisici. hoc ostendit̄ sic: illud verū reale qđ nō ꝯtrahit ens ad motū nec ad quātū ꝑtinet ad ꝯsiderationē metaphisici. Sꝫ veꝝ reale p̄moº dictū ē hmōi: ḡ ⁊c̄. ꝓbatio minoris q2 vt pꝫ ex p̄dict reale verū reperit̄ i diuis vbi nec ē motus nec q̄ntitas. ¶ Tertia ꝯclo sit ista: verū reale sūptū ꝑ ꝯꝑatioꝫ ad ꝯḡscētē p̄moº istoꝝ triū ꝑtinet ad ꝯsideratioꝫ metaphisici: ꝓbatio hꝰ. q2 tl'e veꝝ ꝯuertit̄ cū ente ḡ ꝑtinꝫ ad metaphi. sic ens cū q̄ ꝯuertit̄

aũs patet. qꝛ omne ens q̃tũ eſt de ſe eſt manifeſtatiũ ſui cuicunq; intellectui potenti cognoſcere. ¶ Quarta cõcluſio ſit iſta verũ reale ſumptum ꝑ compatioem ad cognoſcẽtẽ ſcd̃o ꝛ tertio iſtorum modorũ triũ nõ ptinet ad metaphiſicũ. rõ de ſcd̃o modo eſt: qꝛ tale verũ cõtrahit ad actũ determinatũ nec cõuertit cũ ente patet: ergo nõ ptinet ad metaphiſicũ qui conſiderat d̾ ente: ratio aũt ꝓ tertio modo eſt: qꝛ tale verum eſt ens diminutũ ꝛ ens logicũ. ꝛ ideo ꝓprie vt ſic excluditur a metaphiſico: ꝯuertit tñ cum ente aliqualiter. qꝛ logic⁹ cõſiderat omnia aliqualiter vt metaphiſicus: ſed modus cõſiderationis eſt alius ſcilicet per quid reale: ꝛ ꝑ intentionẽ ſecũdã ſicut ẽ cõuertibilitas entis ſimpliciter ꝛ diminuti qꝛ neutrũ alterũ excedit in cõitate: quia quicq̃d eſt ſimpliciter ens poteſt eẽ ens diminutũ: quatenus omne ens põt eſſe cognitũ vl' intellectũ. Si arguat cõtra p̃dicta q̄ verũ qd̃ eſt in cõpoſitione ꝛ diuiſione nõ debeat ſeparari a conſideratione metaphiſici: qꝛ a quo non excludit cõſideratio cauſe nec effectus. ſ; iſta veritas in intellectu eſt effectus entitatis realis: iuxta illud in p̃dicamentis. Ab eo q̄ res eſt vel non eſt dicit oratio vera vel falſa. ¶ Reſpondeo maioꝛ eſt vera de cauſa totali nõ aũt ſic eſt in ꝓpoſito qꝛ res non eſt cauſa totalis hui⁹ veritatis: ſed requirit intellectus ꝯponẽs p̃dicatũ cũ ſubiecto. ¶ Impugnat etiã hic doctoꝛ ponẽs veꝝ obiectũ eſſe intellectus: quia intellectus non ſolũ intelligit verũ ſub ratione veri: ſ; etiam bonũ ſub ratiõe boni cũ ponat dr̃iã; iter illa.

Explicit liber ſextus metaphiſice.

Incipit liber ſeptimus metaphiſice.

Ens dicit multipl'r.

¶ Poſtq̃ ariſto. remouit a principali hui⁹ cõſideratiõe ſcientie ens ꝑ accidẽs ꝛ ens qd̃ ſignat veꝝ: ibi incipit determinare de ente ꝑ ſe qd̃ eſt extra aĩam de quo ẽ p̃ĩcipalis ꝯſideratio hui⁹ ſcie. Diuidit aũt iſta pars in duas ptes qꝛ ĩ prima determinat de ente inq̃tum ens. Scd̃o de primis principijs entis in vndecimo ꝛ duodecĩo hui⁹. Quo ad p̃mũ primo determinat de ente ſm q̄ diuiditur in decẽ p̃dicamẽta. Circa qd̃ duo facit. Primo eñ oſtendit q̄ ad determinandũ de ente ꝓut in decẽ p̃dicamenta diuidit opoꝛtet determinare de ſola ſubſtantia. Scd̃o incipit determĩare de ſubſtantia ibi: dicit aũt ſubſtãtia. Intendit autẽ in prima pte talem rõnem ponere illud quod eſt primum inter entia quaſi ens ſimpliciter ꝛ nõ ſm quid: ſufficienter demõſtrat naturã entis: ſed ſubſtantia eſt hmõi: ergo ſufficit ad cognoſcendã naturã entis determinare de ſubſtãtia. ¶ Ad declarationẽ ãt minoꝛis duo facit: primo eñ oſtendit q̄ ſubſtãtia ſit primum ens: ſcd̃o oñdit quõ dicat primum. Circa primum vtitur tali ratione illud qd̃ eſt ꝓpter ſe ꝛ ſimpliciter ĩ vnoquoq; genere eſt p̃⁹ eo qd̃ eſt ꝓpter aliud ꝛ ſm quid: ſed ſubſtantia ẽ ens ſimpliciter ꝛ ꝓpter ſeipam: omnia aũt genera alia a ſubſtãtia ſunt entia ſm quid ꝛ ꝓpter ſubſtantiã: ſunt eñ entia eo qd̃ taliter entis. i. eo qd̃ habent aliquã habitudinẽ ad ſubſtantiã. vnde nõ eſt poſſibile aliqd̃ eoꝝ ſeparari a ſubſtantia: ꝙ ſubſtantia eſt prima inter omnia entia. Deinde oſtendit quõ eſt primũ ens dicens: q̄ ſubſtantia eſt primũ ens ſm tẽpus ſm dõnẽ: ꝛ ſm cognitionẽ. ¶ Ad euidentiã p̃dictoꝝ videndũ eſt ſm mentem ſcoti hic ad. xij. di. quarti ſñiaru;. de inherentia accidentis ꝛ ſubſtãtiam: Deinde d̾ illa triplici primitate. quo ad primũ primo p̃mittã aliquas diſtinctiones: ſcd̃o oſtendã aliquas cõcluſiones.

sit ergo ista prima distinctio: cũ hoc no-
men accidens sit vnũ ꝯcretum: ideo po-
test dupliciter sumi: sicut vnũ qḋlibet cõ
cretũ. Uno modo ꝓ ꝑ se significato no-
minis qḋ ē respectus quē accidens na-
turaliter imꝑtat ꝑ se q̄ est ipa accidenta
litas siue accidentia. Qḋ videt̄ esse sino
nimũ cũ hoc qḋ est inherētia. Alio mo
do põt sumi ꝓ illo substracto qḋ deno-
minat hoc cõcretũ accidēs qḋ est aliqḋ
ens nouē ꝑdicamētoꝝ siue sit absolutũ
siue respectiuũ puta quãtitas q̄litas ⁊c̄.
¶ Scḋa distinctio sit ista ꝙ inherētia ē
duplex scȝ actualis ⁊ aptitudinalis: In
herentia actualis est ipa vnio accidentis
existentis cũ subiecto existente. Inherē
tia aũt aptitudinalis est ipa dependētia
siue essentialis ordo accidentis ad sub-
iectũ. Prima inherentia nõ semꝑ inest
actu. Scḋa vero semꝑ inest siue subie-
cto existente siue nõ existente. ¶ Tunc
sit hec . prima conclusio de inherentia
neutra inherentia est de essentia siue de
ꝯceptu q̄dditatiuo accidentis scḋo mo-
do sumpti scȝ accipiendo accidens ꝓ eo
qḋ hoc nomine denominat̄: siue sit ens
absolutum siue respectiuũ. Hanc ostēdo
quãtũ ad primã partē specialiter sic: nul
lus respectus est de essentia absoluti: sȝ
vtraqȝ inherentia est formaliter respe-
ctus: ergo ⁊c̄. maior ptȝ ꝑ phm quarto
hui⁹ cõtra opinionem de veritate appa
rentiũ. ¶ Preterea quantũ ad vtrãqȝ ꝑ
tem simul ꝓbat̄ sic: qꝛ fundamentum re
spectus est aliq̄d ꝑter respectum qꝛ ni-
hil fundat seipm: Unde dɨm augustinuȝ
septimo de trinitate: omne qḋ relatiue
dicit̄ est aliquid ꝑter relationē ergo in-
herentia nõ erit de essentia accidentis ĩ
quo fundat̄. ¶ Scḋa ꝯclusio sit ista: In
herētia scḋa scȝ aptitudinalis est eadeȝ
realiter accidenti scḋo mõ sumpto siue
sit absolutũ siue respectiuũ. ꝓbat̄ qꝛ nul
la aptitudo naturalis alicui⁹ entis dist ĩ
guitur realiter ab illo ente: sed inheren
tia aptitudĩalis ē quedã aptitudo natu-
ral' talis accidētis ergo ⁊c̄. Preterea passio-
nes entis dicte de ĩferiorib⁹ nõ dicũt ali
ud ab ente in eis: sȝ eē in se ens: ⁊ eē in-
herēs sunt q̄dã passiones entis dicte de
inferiorib⁹ scȝ de suba ⁊ accidēte: ergo nec
eē in se ens dicit aliud a suba: nec eē in-
herēs dicit aliḋ ab accidēte. ꝓbatio mi
noris qꝛ esse in se ens: ⁊ eē inherens ꝓ
eodē accipiēdo sicut eē prius ⁊ posteri⁹
Prius aũt ⁊ posterius diuidunt ens vt
passiones. ¶ Tertia cõclusio sit ista In
herentia actualis nõ est idē realiter ac-
cidenti scḋo mõ dicto qḋ ē absolutũ ⁊ ꝑ
ꝯñs nõ ē de essentia ei⁹: hoc ondit̄ sic: ĩ
possibile ē ꝙ idē remaneat realit̄ ⁊ cor-
rũpat̄: alias simul eēt ⁊ nõ eēt: qḋ ē op-
positũ ꝑmi ꝑncipij: Sȝ manēte ⁊ existē-
te accidēte absoluto: nõ manet inheren
tia actual' ergo ⁊c̄. minor ptȝ in sacro altari
vbi accidētia seꝑata existũt sine inheren
tia actuali: alias si inherētia actual' ma-
neret ibi maneret etiã substãtia panis
qḋ ē falsuȝ. ¶ Sȝ cõtra istã tertiã ꝯclo-
nē instat̄ ꝑmo auc̄tate phi in lr̄a dicētis
ꝙ nõ ē possibile aliqḋ accidētiũ seꝑari
a subiecto. Itē boeti⁹ dicit ꝙ accidētis
esse ē in esse. Preterea arguit̄ tali rõne:
respect⁹ accidētis ad subiectũ nõ ē mi-
nus idē accidenti q̄ꝫ respectus creature
ad deũ ē idē creature: Sȝ ille est idē cre
ature realiter: cũ creatura ñ possit eē abs
qȝ hoc ꝙ dependeat ab eo cõseruãte eã
in esse: ergo respect⁹ accidētis ad subiectũ
qui est inherentia est idē realiter accidē
ti: maior ptȝ qꝛ creatura nõ diffinit̄ per
eēntiã diuinã additã in sua dīone: quia
tunc nihil haberet dīonē in suo genere
cũ de⁹ sit extra gen⁹. Accidēs ergo ꝓpter
respectũ ad subiectũ necessario diffinit̄
ꝑ subiectũ: vt dicit in hoc septimo: igit̄
ille respect⁹ accidentis ad subiectũ non
min⁹ est idē sibi q̄ꝫ respect⁹ creature ad
deũ. ¶ Rñsio ad phm: dicēdũ ꝙ phi di-
cerēt accidēs non posse eē sine subiecto
qꝛ ponũt ordinē causarũ simpliciter ne-
cessariũ: vt dictũ est octauo phoꝝ ca. vl-
tio ita ꝙ ꝑma cã nõ põt causare causatũ
cause scḋe sine cã scḋa: subiectũ ãt hȝ ali
quã causalitatē respectu accidētis loquē
do ḋ ordīe nãli cãꝝ: se hȝ ei respect⁹ ei⁹

vt materia l q̄ q² sc₃ h₃ sustētare accñs. Nos āt nō ponimus hmōi ordinē cāꝶ simplr̄ necessariū. q² ḡ deuiam⁹ a p̄bis in añcedēte optet etiā ꝙ deuiem⁹ i ꝯse quēte. Ad boetiū dicēdū ꝙ intelligit ꝙ accñs h₃ a nā sua ꝙ insit aptitudinalit̄ nō aūt est necessariū actualr̄. ¶ Ad aliō nego maiorem ⁊ cū ꝓbat̄ p relationem creature ad deū dico ꝙ nō ē sil̄e: ideꝑti tas em̄ respect⁹ ad fūdamētū nō ē rō ꝙ termin⁹ respectus vel depēdētie cadat in dīone fūdamēti d̄pēdētis: q² tūc de⁹ magis poneret̄ i dīone cuiuscūqꝫ creati q̄ suba in dīone accidētis: sꝫ cā ē q² nulla forma pōt hr̄e ɔ̄ceptū ꝑfectū q̄dditatiuū ⁊ q̄etatiuū nisi cointelligat̄ illō cui⁹ est forma. Diffinitio āt exꝑmit ɔ̄ceptū ꝑfectū diffiniti: ⁊ iō q̄tūlibet essentialia forme exꝑmant̄ sine eo cui⁹ ē: ⁊ q̄dditates ei⁹ indicaret̄ ponēdo ei⁹ gen⁹ ⁊ differētiā: tñ nō ē ɔ̄cept⁹ ꝑfect⁹ q̄etās intellectū: ⁊ iō nec diffinitiu⁹ metaphisice loquēdo. lꝫ bñ eēt logice: tm̄ ei illud qō est in se q̄ōdā ꝯpositū subsistēs si ɔ̄cipiatur in se itellect⁹ q̄escit ibi nō req̄rēs aliud cōitelligere ⁊ hoc q̄dē veꝝ ē nō tm̄ d̄ forma accidētali: sed etiā de substātiali. vñ in dīone aīe ponit̄ corp⁹: aīa em̄ est act⁹ corporis orgaīci: vt hr̄ in lib. d̄ aīa. ¶ Quarta ꝯclusio ē ista: inherētia actualis ē eadē realit̄ accidēti respectiuo secūdo mō sūpto. hoc oñdit̄ sic: illa relatio ē realr̄ eadē fūdamēto sine q̄ fundamētū eē includit ꝯdictionē: sꝫ inherētia accidētis respectiui ē hmōi ⁊c̄. ꝓbatio minoris q² respect⁹ ē essentialr̄ hītudo iter duo extrēa: ⁊ iō sic tollere t̄minū adquē ipi⁹ respect⁹ est destruere respectm̄. Ita tollere illud cui⁹ ē respect⁹ ē tollere respectū: ⁊ destruere rōnē respect⁹: ⁊ p ɔ̄sequēs ꝯdictio ē respectū nō inherere: q² em̄ respect⁹ ē respect⁹: iō seq̄t̄ necessario eē subiectū vel fūdamētū cui actualit̄ inheret: hec mā diffuse tractat̄ in q̄rto sniaꝝ vbi s̄. iō ꝓ nūc leui⁹ ptranseo. ¶ Quātū ad scōm de illa triplici ꝑmitate subiecti respectu accidētis. Et pmo q̄ ad hoc ꝙ suba d̄r prior tpe oī accidēte. Dico ꝙ tp̄s nō accipit̄ h̄ vt diffinit̄ q̄rto p̄hicoꝝ seu ꝓ q̄cūqꝫ duratiōe vl̄ mēsura extrīseca successiua alia ab eēntia rei: q² tūc sba possꝫ p̄cedere illā cū sit sibi accidēs: ⁊ sic p̄cederet illā tpe vl̄ duratōe: ⁊ tūc eēt tp̄s añ tp̄s: ⁊ sic i infinitū. Pri⁹ ḡ tpe h̄ d̄r vt ptꝫ ex lr̄a qō p̄t sepati eē si ne alio: ⁊ aliud nō sine ipo. ⁊ isto mō omnis suba ē p̄or oī accidēte vno mō: alio mō nō. ¶ Ubi notādū ꝙ eē p̄us tpe vt dictū ē est posse hr̄e actualē exñtiā p̄orē alio sine alio q̄tū ē d̄ se ita. s. ꝙ sibi ñ repugn̄t ex eo ꝙ i nullo depēdet ab illo: et tale p̄⁹ satis pōt dici p̄⁹ natura. Nihil eiē p⁹ nā qō nō sit p̄⁹ ⁊ tpe illo etiā mō ꝙ aūt aliq̄d possit p̄cedere aliō illo mō pōt dupl'r eē: vno⁹ q² nō depēdet ab illo Alio mō q² ñ ē cā ncc̄ria illi⁹. ¶ Ad ꝓpositū dico ꝙ suba ꝯpata ad accñā sepabilia ē p̄or tpe vtroqꝫ mō: ɔ̄pata āt ad accñs ïsepabile puta ad ꝓpriā passionē ē sepabil' ⁊ p̄or vno⁹: q² sc₃ ñ depēdet: ⁊ nō alio⁹ scꝫ inq̄tū ē cā q² h₃ cām ncc̄iaꝫ respectu passionis: iō nō ē sepabil' illo⁹ scꝫ inq̄tū ē cā tal' accidētis. Prīo igit̄ mō ē sepabil' mō p̄expoitō: ⁊ vt sic nō repugnat sibi existere sine q̄cūqꝫ accñte. De scōa p̄mitate q̄ sc₃ suba ē p̄or accñte dīone. Sciēdū ꝙ hoc est ïtelligēdū q² i dīone cuiuslibet accñtis ncc̄e ē poni subam cui⁹ rō posita ē i p̄cedēti articl'o. ¶ De t̄tia vo p̄mita^c q̄ . s. suba ē p̄or oī accñte ɔ̄gnitiōe. Pono duas ɔ̄clones q̄ꝝ pria ē ꝙ suba nō ē p̄mū oīm entiū cognitiōe p̄mitate gn̄is oīs: q² oīs ɔ̄gnitio nr̄a oritur a sensu: sensibilia sunt accñtia ⁊ non suba. ḡ accñs p̄⁹ cognoscit̄ q̄ suba. Itē dicit̄ primo de aīa ꝙ accñā maximā ptē ɔ̄ferūt ad cognoscēdū ꝙ q̄d ē: ḡ accidentia p̄us cognoscūt̄ q̄ suba q̄ habet maxime qō q̄d ē vt habet̄ i h⁰ septio. ¶ Secūda ɔ̄cl'o sit ista p̄mū ens oīm entiū cognitiōe p̄mitate ꝑfectiōis ē suba: h⁰ oñdit̄ sic q² cognitio ipius qō q̄d est ē ꝑfectissia: vt i h⁰ septio. h⁰ ḡ qō h₃ maxiē qō q̄d ē: ē maxiē cognoscibile: sed suba h₃ ꝑfectissimū ꝙ q̄d est: ḡ suba ē ꝑfectissimum cognoscibile maior ptꝫ q² de his

que non habent simpliciter ꝙ q̃d est vt sunt accidentia est ꝑfectissima eoꝝ ꝯgnitio quãdo cognoscit quid sunt eo modo quo habent quid. hec est ratio phi in litera. ¶ Contra predicta arguit: q2 accidentia sunt priora etiam primitate ꝑfectionis: q2 cognoscibile iõ cognoscitur q2 species eius est in cognoscente: sed ĩ intellectu est species accidentis nõ substantie: ergo accidẽs ꝑfectius cognoscitur maior patet de se: sed prima ps minoris sc3 affirmatie ꝓbat: q2 ĩtellectus agẽs est abstractiuus eoꝝ que sunt ĩ fantasia et species accidentiũ sunt in ꝟtute fantastica ergo etc. ꝓbatio scd̃e partis minoris sc3 negatiue: q2 nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu: si igit spe cies substantie esset in intellectu prius fuisset in sensu: et sic suba posset cognosci a sensu: qđ ẽ manifeste falsum: q2 omnia sensibilia sunt accidẽtia puta q̃ntitas q̃litas etc. Respondeo ꝙ substãtia est ꝑfectius cognoscibile simpliciter et tñ a nobis aliquid alìud põt ꝑfecti9 cognosci ꝫm ꝓportionẽ cognoscibilitatis sue nec ista repugnãt. Exemplũ species alicui9 albi remissi ꝑfectius mihi repñtat: ip̃m albũ cui9 est spẽs ꝙ spẽs solis ipsi oculo aquile ipsum solem et magis video albũ ꝫm ꝓportionẽ visibilitatis mee ꝙ aq̃la solẽ ꝫm ꝓportionẽ ꝯgnoscibilitatis sue. Licet sol simplicit sit ꝑfectius visibile ꝙ tale album. Ad formã ergo cũ dicit illđ ꝑfecti9 cognoscit cui9 species ẽ ĩ intellectu Dico ꝙ verũ ẽ ꝫm ꝓportionem cognoscibilitatis sue et tñ hoc non obstante suba de se est ꝑfectius cognoscibile et in se et nobis si possemus ad illam ꝑtingere in vita ista. Propositio ergo phi est intelligenda ꝙ substantia est primũ cognoscile primitate ꝑfectionis simpliciter in se licet non a nobis.

Dicitur autem substantia.

¶ Postꝙ. p. ostendit ꝙ principalis intentio hui9 scientie est cõsiderare de substantia: hic incipit de ea determinare. Et primo dicit ꝙ est determinãdum de prima substantia cum sit maxime substantia: vt patet in predicamẽtis quam quidam diuidit in materiam et formam et cõpositũ: que quidẽ diuisio nõ est generis in species sed alicui9 annalogice p̃dicati quod de his de quibus dicit p̃dicat p prius et posterius: tã em̃ cõpositum ꝙ materia ꝙ forma dicit ꝑticularis substantia: sed nõ eodẽ ordine. Unde dicit ꝙ forma est prior materia et cõposito et magis ens vtroꝗ. Qꝫ em̃ forma sit p̃or et magis ens ꝙ materia oñdit: q2 materia est ens in potẽtia: forma aũt ẽ act9 materie: actus autẽ est prior potentia p̃oritate ꝑfectionis: vt patet. ix. hui9. Qꝫ etiam forma sit p̃or cõposito q2 pars est prior natura toto et p̃ncipiũ principiato materia autem et forma sunt ꝑtes et p̃ncipia ĩtrinseca ꝯpositi. Dicit aũt forma magis ens ꝯposito ꝙ ñ sit ens ꝑfecti9: cõpositũ em̃ ẽ ꝑfectius ꝙ sit forma cũ ĩcludat formam et materiã. Sed dicit magis ens ꝫm principalitatem et independentiã q2 entitas principij prĩcipalioris qđ est forma ẽ independens respectu eẽ p̃ncipiati quod est cõpositum.

Et primo dicemus de eo que

dam logice. Quia vero vt dictum ẽ in quinto hui9: Substãtia vno modo dicitur ꝙ quid ẽ. i. quidditas et essentia rei ideo inquirit phi. de quidditatibus rerum sensibilium. primo p rationes logicas in hoc septimo. scd̃o p principia substantiarũ sensibiliũ: in octauo. ¶ Circa primũ notandũ ꝙ vt dictũ ẽ in sexto h9 hec scientia habet quãdã affinitatẽ cum logica ꝑpter vtriusꝗ cõitatem: et iõ primo phs logice determinat de quidditatibus rerum inuestigando ꝙ quid ẽ seu dionem quidditatiuã ex modo p̃dicãdi hoc em̃ ad logicam ꝓprie ꝑtinet. Ostẽdit ergo ea que spectãt ad quidditatem rei dicens ꝙ illa que p̃dicãt de aliquo p accidens non ꝑtinẽt ad qđ q̃d ẽ eius. hoc em̃ intelligimus p qđ quid ẽ alicuius quod ꝯuenienter põt responderi ad questionẽ factã de eo quid ẽ. Cum er-

Ergo queritur quid ē hō nō pt cōuenienter respōderi q̄ ē albus vel niger: illa ergo que p̄dicātur p accn̄s de aliquo non spectāt ad ei⁹ diffinitionē q̄dditatiuā. Itē ea que dn̄r p se secūdo mō de aliq̄ subiecto non ptinēt ad q̄ quid ē ei⁹: vt color ad quod quid ē superficiei: quod pbat. q̄z aliud ē q̄ quid ē subiecti et passiōis. Si eñ subiectum et passio eēnt quidditatiue idem et formaliter cū idē subiectū habeat plures passiones eadē eēt quidditas passionū inter se. q̄z q̄ vni et eidē sunt eadē: int̄ se sūt eadē: et sic erit eadē q̄dditas coloris asperitatis et lenitatis que sūt passiones superficiei. Illa ergo ptinēt ad quod q̄d ē alic⁹ q̄ predicātur de eo in p̄mo mō dicēdi p se: vt genus et drr̄ia. Deinde ostēdit quorū ē q̄ quid ē dicēs q̄ sola species habet q̄ q̄d ē seu diffinitionē quidditatiuā cū sola spēs habeat gen⁹ et drr̄ias. Alia aūt pn̄t habere dīoem q̄d nominis siue rōz declarātē q̄d p nomē imptatur: vt si hoc nomē phīa notificet̄ p hoc nom̄ sapientia. vel ad exponendū hoc nomen phs accipiat̄ hec orō amator sapientie: et sic pn̄t notificari entia p accn̄s: vt homo albus: vel albū: vt dicēdo q̄ albū est res hn̄s albedinē. Talia eñ p se nō habent dīonez q̄dditatiuā cū nō sint ī genere sz significāt res diuersorū generū. Inest autē q̄ q̄d ē p prius substantie q̄ accn̄tib⁹ sicut ens p prius dicit̄ de sub̄a q̄ de accidēte. vñ substātia habet q̄d simpliciť: accidēs aūt nō nisi ſm q̄d: sicut aliq̄ dicūt logice de nō ente loquētes: Non ens est ens: non q̄ non ens sit simplr̄: sed q̄z est non ens. et sic dicim⁹ q̄ nō scibile ē scibile ſm q̄d: q̄z de nō scibili hoc scire possumus q̄ nō scit̄: sic accn̄s nō hz q̄d simpliciter sz ſm q̄d. ¶ Deinde ponit arist. quandā distinctōem accn̄tium dicēs q̄ quedā sūt simplicia et quedaz copulata. Simplicia sūt illa q̄ nō habēt subiectuz determinatū vt cōcauitas q̄ nō tm̄ reperitur in naso sz etiā alibi. Copulata vero dicūtur q̄ hn̄t subiectū determinatū vt simitas q̄ ē nasi curuitas. ¶ Alteri⁹ ostendit arist. quō se habeat q̄ q̄d ē ad id cui⁹ est dicēs q̄ in dictis ſm se idem ē q̄ q̄d ey cū eo cuius ē: nō aūt in dictis p accidēs. ¶ Ad cui⁹ euidētiā p̄mo ponā ſm mentē Sco. aliquas distinctōes. Secūdo aliq̄s cōclusiōes. ¶ Quantū ad primū sit hec prima distinctō: q̄ sicut forma pt sumi dupliciter sic et materia: vt dcm̄ est in quinto huius. c. 3. scz forma partis et forma totius. Et similr̄ materia partis et materia totius. ¶ Secūda distinctō ē q̄ quedā sūt entia p se et q̄dā p accn̄s: vt dcm̄ ē in eodē q̄nto. c. 4°. ¶ Tertia distinctio est q̄ quedā hn̄t q̄ quid ē p̄mo et p se: vt hō et quelibet spēs. Nā spēs dicūtur habere q̄ q̄d ē p̄mo et p se ex h⁹ q̄ q̄dditas p nihil aliud competit eis sz alijs scz indiuiduis conuenit per ipsas. Quedā vo hn̄t q̄dditatē p se sed nō primo: vt hic homo singularis abstrahens ab exn̄a et tpe: et tale indiuiduū p se ī genere: q̄z nō īcludit res diuersorū generū. tn̄ q̄z hz q̄dditatē p aliud scz p spēm quaz pticipat idō nō habet p̄mo p se q̄ q̄d est. Quedā aūt habēt q̄ q̄d ē non p se nec p̄mo sz p accn̄s: vt h hō exn̄s et ens ī tpe: q̄z tale indiuiduū includit aliq̄d accn̄s et extra rōem q̄dditatis scz exn̄tiam et esse ī tpe: et alias conditōes materiales q̄ tollūt vnitatē p̄ entis. ¶ Alteri⁹ si hō alb⁹ habet aliq̄lr q̄ q̄d ē hz ipm magis p accidens q̄ hic homo existens: q̄z homo albus ē magis ens p accn̄s q̄ hic homo q̄ includit exn̄tiā: q̄z albedo ē vere et pp̄e accn̄s. existētia aūt nō ē pp̄e accn̄s eēntie nisi put accn̄s alicubi large dicit̄ q̄cquid scz nō ē formalr̄ illi. ¶ De secundo sit ista prima cōclusio in dictis ſm se idē est q̄ q̄d ē cū eo cuius ē. Hoc patet p. p. in littera: q̄z singlīn n̄ videtur aliud a sui substātia sz q̄ q̄d ē: ē sub̄a cuiuslibz extēdendo subam ad om̄e genus entium: vt sumitur p essentia cuiuslibet rei. ¶ Secūda cōclusio sit ista: In dictis p accn̄s nō ē idē q̄ q̄d cū eo cui⁹ ē. hoc ondit̄ sic. Hō nō hz q̄ quid est: n̄ hz q̄ quid ē idē sibi: sed ens p accn̄s nō hz q̄ q̄d ē cuz significet res diuersorū generum. & c̄.

¶ Sed contra arguitur: quia tertō d aīa

dicit q nō ē idē magnitudo τ magnitudinis esse: τ aliud ē caro τ carnis esse: sȝ p magnitudinis esse intelligitur q quid est magnitudīs: silr et de carne: ḡ in dictis etiā ſm se nō est idē q q̄d ē cū eo cu⁹ est. Itē in hoc septimo dr q ī cōceptis cū materia nō ē idē q q̄d ē cū eo cui⁹ ē: ſȝ omnia naturalia cōcipiūtur cū mā: ḡ τc. Itē ſi ſic: ḡ q q̄d ē ē ḡnabile τ corruptibile ſicut illō cui⁹ ē: ɔn̄s ē falſū: ḡ τ an̄s. cōſequētia pȝ: qꝛ ſi ſūt idē: ſeq̄r q ſimul generāt et corrūpūt. falſitas cōſequētis patet ex caplo ſequēti vbi dr q nec q q̄d eſt generat nec ſpēs. ¶ Ad primū dicēm q carnis eē accipit p q̄dditate: τ caro p carne hn̄tē materiā indiuidualē qō ē pticulare. Vult ḡ: p. q ipm q q̄d ē carnis ī ſpē nō ē idē ipi indiuiduo p ſe τ pmo: ſicut nec ipm īdiuiduū hȝ p ſe pmo q q̄d eſt: eſt tn̄ idē ſibi p ſe nō pmo. ¶ Ad ſecūdū dr: q. p. accipit materiā p dn̄tia ī diuiduali cū dt q ī cōceptis cū materia: τc. τ ſic cōcedo q ī talib⁹ nō ſūt idē p ſe primo mō pexpoſito: et tūc minor ratōis nō ſumit ſb maiori ſȝ equocat de materia: vt patet. ¶ Ad tertiū cōcedo ɔn̄am ſi id cui⁹ ē ſit ḡnabile et corruptibile: qn̄ eni forma generat generat q q̄d eſt ei⁹ p ſe tn̄ q q̄d ē hoīs: vt hō ē ſpēs nō generat p ſe: ſicut nec ipa ſpēs: τ hec eſt intentio phi. vn̄ ſeq̄nti caplo dt ɔtra platonē q nō generat domui eſſe vel dom⁹ eſſe ſed huius qꝛ pticularis.

Eorum autē que fiūt hec na.

Poſtq. p. oñdit q q̄d ē nō ē aliō ab eodē cui⁹ ē: h intēdit oñdere q q̄dditates τ forme exn̄tes in iſtis ſenſib⁹ nō generātur ab aliq̄b⁹ formis extra materiā extrinſecā ſȝ a formis q̄ ſunt ī materia. ¶ Ad cuius euidentiā notanduȝ q plō ſicut ei imponit ariſ. poſuit reſpectu cuiuſlibet ſpēi eſſe quādā ydeā vel ſubam ſepataȝ a motu τ ab accn̄tib⁹ p accn̄s nihil habētē in ſe niſi naturā ſepatā ſpecificā pfcāȝ q̄ntū poſſet eē pfcā et forte hn̄teȝ paſſiones ſpeciei: alioq̄n de ipa nihil ſciret q̄ quidē poſuit eſſe ſingularē τ incorruptibilē τ eiuſdē generis cū corruptibilibus eſſeq formaliter vle ita q p idētitatē pdicet de corruptibilib⁹ pdicatōe dicente hoc ē hoc. Fuit aūt motus ad ponēdum huiuſmōi ydeas triplici ratōe. Tuȝ pp ter formalē entitatē rex: qꝛ omē qō ē tle p pticipatōem reducit ad aliqō tale per eeñtiam: alioq̄n tale p pticipatōem eſſet primū tale. Sȝ ſingulare ē tale p pticipatōem vt h hō p pticipatōem homīs: alioq̄n hō nō plurificaret in iſtis inferiorib⁹ ḡ hō vlis ē hō p eeñtiam: τ p cōſequens eſt in reb⁹. Tum ſecūdo ppter ſciētiam que eſt tm̄ de neceſſarijs: ſinglaria autē ſūt corruptibilia: Tum ppt generatōeȝ qꝛ ſm plōem generās pticulare nō ſufficit. ¶ Si ſic poſuerit plato rerū q̄dditates p ſe exn̄tes vt ei impōit male ponit: tum qꝛ corruptibile et incorruptibile nō ſūt eiuſdē generis ſeu nature: vt oſtēdit. p. x. h⁹. Tū qꝛ illō qō dicit q tal' ydea pdicet de corruptibili pdicatōe dicente hoc ē hoc ſtatim videt includere ɔdictionē ſcȝ q idē numero ſit q̄dditas multorū diuerſorūt: et ſit extra ipa: qꝛ alr nō eſſet incorruptibilis. Tum qꝛ nō eſt ponēda pluralitas: pmo phiſico. Nō apparet ḡ aliqua neceſſitas ponendi hmōi ydeas. pmo ppter rex entitateȝ vt videbat pbare prima eius rō: hic eni hō ē hō p pticipatōem homīs nō quidē homīs ſeparati ſeu hmōi ydee ſȝ p pticipatōnem nature humane q̄ eſt vna vnitate ſibi ppria in ſingularibus: vt videbit quīto c. huius ſeptimi. Nec ſecūdo apparet neceſſitas ppter rerū ſciam: qꝛ de reb⁹ corruptibilib⁹ poſſumus habere ſcientiā cognoſcēdo earum q̄dditates abſtractas p intellectum de quibus poſſunt pbari neceſſe cōcluſiones. nec tertio apparet neceſſitas ppter rerum generationem: qꝛ generatio vniuoca pt ſaluari ſine talib⁹ ydeis: compoſitum eni pticulare generat vniuoce et magis ē illa generatio vniuoca q̄ eēt compoſiti generati ex ydea ¶ Si autem Plato poſuit quidditates rerum ſeu ydeas nō p ſe exn̄tes ſȝ ī mente diuina vt ponit aug⁹. tūc bn̄ poſuit. eſ

sentia eni diuina est exemplar repsenta-
tiuũ oĩz. Q aũt sic posuerit plato potest
p̲suaderi ex verb augustini. 7. confessio-
num dicẽtis se repisse ĩ quibusdaz libris
ploniciš quasi oĩa que habẽtur in illo
euãgelio ioh: In pncipio e. v. demptis
his que spectãt ad tp̲alẽ vbi diulni ge-
neratõem: ⁊ int̃ cetera recitat se ibidẽ re
perisse illã auctẽ ioh. qd factũ est in ipo.
vita erat. que sic expõit a mgr̃o nicolao
de lira. Qd factũ est ĩ re extra. pri⁹ erat
in vbo p̲ ydeã que ẽ idem q eẽntia di-
uina ⁊ vita intellectualis. Ex quo lucu-
lẽter apparet platonẽ posuisse ydeas in
mẽte diuina. Ar vo. p. in hoc ca. ponit
q̃ttuor ꝓpões satis vtiles ideo circa ea-
rũ explanationẽ est aliqualr̃ ĩmorãduz.
¶ Prima ẽ q eadẽ fiunt cũ spermate et
sine spermate. Ad cuius euidẽtiam di-
cit Sco. 2. di. primi sen. vbi diffusi⁹ tra-
ctat hãc materiã. Est vna opinio auicen̄
vt ei imponit cõmẽtator quarto phisico.
Q oĩa animalia generabilia per ꝓpa
gatõem ex semĩe eadẽ spẽ pñt per putre
factionẽ sine semine generari: que opĩo
cõmuniter nõ tenet: q tũc aĩalia p̲fecta
vt hõ equus ⁊c: possent ex putrefactõne
sine spermate generari: quod videtur ab
surdum ⁊ de hoĩe ꝯtra fidẽ. Alia ẽ opĩo
in extremo que ẽ cõmentatoris q scz ea
dẽ specie non generãtur ex spermate ⁊ si
ne spermate. ¶ Sed cõtra hãc opinionẽ
arguitur p̲ augustinũ dicentẽ oppositũ
tertio de trinitate. cuius rõ ibidẽ ẽ: quia
generatũ p̲ putrefactionem ꝓpagat alia
iterũ ꝓpagantia: ⁊ tũc sũt vniuoca gene
rata a se: ꝫ ꝓpagata et generata p̲ putre
factionẽ sũt vniuoca ⁊ eiusdẽ speciei. an
tecedẽs patet in apib⁹ ⁊ muribus ⁊ plã
tis. ¶ Est ergo tertia opinio ipius doc.
quã teneo scz q ꝓpagata et generata p̲
putrefactionẽ sũt eiusdẽ spẽi. Nõ nõ te-
neo vniuersalr̃ cũ Auicẽna q oĩa ani-
malia pñt vtroqz mõ generari. nihil em̃
generabile vniuoce p̃t generari equoce:
nisi sit ita imp̲fectũ q cã equoca sine vni
uoca sufficiat ad eius generatõem: ⁊ ido
imp̲fecta entia vt sunt plante et quedaz
animalia possunt generari vtroqz modo
scz vniuoce ⁊ equiuoce perfecta ãt non.
¶ Secunda propositio quam ponit hic
Aristoti. est: q compositum ex materia
⁊ forma tantũ generatur per se: forma ve
ro non generatur per se sed per accidẽs
scilz ad generatõnem totius cuius ẽ p̲s
¶ Pro declaratione hic pono primo ali
quas distinctiones. Secundo ponã ali-
quas conclusiones. ¶ Quantum ad pri
mum sit ista prima distinctõ q generatõ
potest comparari ad duo scz ad subiectũ
in quo est ⁊ ad quod transmutatur: ⁊ ad
terminum ad quem et qui producitur.
¶ Secunda distinctio sit ista Q termi-
nare aliquid potest esse dupliciter: sicut
agere: scz: vel in ratione quo: vel in rati-
one quod. Exemplũ de agere: homo in-
telligit vt quod: sed intellectus homĩs
vt quo. Sic in proposito compositũ ter-
minat vt quod est forma termĩat vt quo
quia scilz est illud quo compositũ est for
maliter siue substantialiter siue acciden-
taliter: et ideo ẽ terminus formalis et q̃.
¶ Tertia distinctio est ista: q sicut septi
mo phisicoꝝ dictum est primo cap̃. Pri
mo sumitur duplciter a pho. Uno modo
vt distinguitur contra partem: et sic pri
mo inest aliq̃d alicui quod inest ei ꝺm to
tam. Sic enim homo primo sanatur si q̃
libet eius pars sanatur. Alio modo ac-
cipitur primo vt dicit causalitatem pre-
scisam: vt homo est risibilis: primo quia
habet in se causam prescisam et adequa-
tũm talis passionis scz suam formaz seu
drñiam specificam: prima primitas sit a
secunda vero b. ¶ Quantũ ad secũdum
articulũ p̃ma conclusio sit ista. Materia
generatur et corrũpitur subiectiue. ꝓba
tur: q. p. q̃nto phicoꝝ probãs q gene-
ratio non est motus sic arguit: quod ge-
ratur nõ est quod mouetur ẽ: ergo gene-
ratio non est motus: quero pro quo acci
pitur in maiori ly quod generatur nõ ꝓ
termino: quia tunc minor esset falsa. q
sicut terminus generatiõis non est sicut
nec termin⁹ ẽ mot⁹: ꝫ accipit ꝓ subictõ
sed subiectũ generationis est materia: ꝫ

materia generatur. ¶ Secunda cōclusio materia nec generatur nec corrūpit̄ terminatiue: qd̄ ꝓbo sic: omne qd̄ naturalr̄ generat̄ vel corrūpit̄ termīatiue h₃ materiā ꝑtē sui: s₃ maťia ñ p̄t hr̄e materia₃ ꝑtē sui: ergo ⁊c̄. Maior p₃ h in lr̄a: et ꝑmo phiſ. q₂ maťia ē ex q̄ fit res cū inſit. Cōfirmat̄: q₂ illd̄ qd̄ ſuppōit̄ ī omī actōe naturali: et ad qd̄ ſtat reſolutio omīs generatōis ⁊ corruptōis īpoſſibile ē gn̄ari et corrūp: s₃ materia ē hmōi: q₂ ip̄a ſupponit̄ ī omī actōe naturali. ꝑmo phiſi. ⁊ ad ip̄am ſtat reſolutō oīm generabiliū ⁊ corruptibiliū: ꝑmo d̄ gn̄atōe: ergo impoſſibile eſt ip̄am generari et corrūpi: ſic intelligitur dcm̄ ariſt. ꝑmo phiſi. vbi dicit ꝙ mā̄ eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibil: ex hoc tm̄ nō ſeq̄tur q̄n bn̄ ſit creabil ⁊ adnihilabil ꝟtute diuīa. ¶ Tertia ꝯcluſio: Forma nullo mō ē termin⁹ gn̄atōis ꝑ ſe primo. hoc oſtēdit̄ ſic: q₂ omē illd̄ qd̄ gn̄at̄ ꝑ ſe vt termin⁹ generat̄ ex materia que eſt ꝑs ſui: vt dcm̄ ē pri⁹: s₃ forma ñ hab₃ materiā ꝑtē ſui: ergo forma nō ē termin⁹ generatōis ꝑ ſe ꝑmo. hec ē rō phici in lr̄a. ¶ Quarta concluſio ſit iſta: forma ē terminus formalis generatōis q̄. ꝓbatō huius: illd̄ q̄ formalr̄ ē et exiſtit termin⁹ generatōis ꝑ ſe ꝑmo ē terminus formalis q̄ generatōis: s₃ forma ē hmōi: pat₃ ergo ⁊c̄. ¶ Quinta cōcluſio: cōpoſitū ex materia ⁊ forma nō generat̄ ꝑ ſe ꝑmo ꝑmitate a: hoc oſtēdit̄ ſic: illud nō ineſt alicui tlī ꝑmitate qd̄ ſibi ineſt tm̄ ſm ꝑtē: vt p₃ ex ꝑmo articulo: s₃ generatō ineſt cōpoſito rōe forme: nihil em̄ cōpoſiti realr̄ h₃ eſſe p⁹ nō eē niſi forma ſola: ergo cōpoſitū ñ generat̄ ꝑ ſe primo a. ¶ Sexta cōcluſio ſit iſta: compoſitū ex materia et forma generat̄ ꝑ ſe primo ꝑmitate b. hoc oñdit̄ ſic: illud ineſt alicui ꝑ ſe ꝑmo b qd̄ ineſt ſibi ꝑ cām p̄ſciſā q̄ ē aliq̄d ei⁹. qd̄ p₃ ex prīo articlo: s₃ gn̄ari ineſt cōpoſito hoc mō: ergo ⁊c̄. Minor patet: q₂ gn̄ari ineſt cōpoſito ꝑ formā ꝓꝑa₃ q̄ ē q: ſicut riſibile ineſt homini ꝑ formā ꝓpriā q̄ ē q ⁊ aliq̄d ei⁹.

¶ Tertia ꝓpoſitō phi h poſita ē ꝙ a natura fiūt in q̄rūcūq₃ maťia ē aliq̄ ꝑs forme q̄ ſic mouet mām̄ ſic mouet̄ ab extrinſeco. ¶ Ad cuius euidētiā dicit doc. ſb. h. et: 18. di. 2. ſen. ꝙ ē vna opinio q̄ ponit ꝙ in maťia rex corꝑaliū eſt aliq̄ pars forme generāde coagens ad cōpoſiti generatōem. qd̄ ꝓbatur duplici via. Pria ſumit̄ ex ꝑte vitāde creatōis in generatione naturali. ſecūda ſumit̄ ex ꝑte ſaluāde naturalitatis. Ex ꝑma via arguit̄ ſic: ſi nihil p̄exiſtit in materia qd̄ in formam naturalr̄ trāſmutet̄: ergo ꝓductō forme naturalr̄ nō erit generatō s₃ creatō. ꝯn̄s eſt falſū: ergo et an̄s. Cōſequētia p₃: q₂ creatio ē de nihilo factio. ¶ Ex ſecūda via arguitur ſic: ſi nihil forme in maťia p̄exiſtit: ergo generatō forme naturalr̄ nō erit naturalr̄. Cōſequēs ē falſū: ergo ⁊ an̄s. ꝓbatō conſequētie: tū ꝑ auctē phi iā allegatam. vic₃ ꝙ a natura fiūt in q̄rūcūq₃. ⁊c̄. Tum q₂ omīs generatō naturalr̄ h₃ ꝑncipiū intrīſecū naturale q₂ natura ē ꝑncipiū motus et q̄etis ſecūdo phicox. ⁊ ꝑ hoc drn̄t naturalia ab artificialib⁹ et etiā a violētis: vt ibidē dr̄. ¶ S₃ cōtra arguit̄ ſic: Si ī materia eſſet pars forme p̄exiſtens: ergo vel erit eadē reſpectu diuerſarū formax ſpecificax aut ſingulr̄ formis ſpecificis correſpōdēt diuerſe ꝑtes p̄exiſtētes in materia. Si det̄ ꝑmū: ergo idē ꝑmū erit ꝑs forme aq̄ ⁊ ignis: ⁊ ſic forme erūt compoſite ex diuerſ: q₂ ex q̄ illd̄ ē idē omib⁹ in illo nō pn̄t differre et ꝑ aliq̄d drn̄t ergo ſūt compoſite ⁊ nō ſūt ſimplices: qd̄ falſum eſt. Si det̄ ſecūdū vic₃ ꝙ ſingulis ſingule ꝑtes correſpondēt: tūc vel tm̄ vna earum informat materiā ⁊ ñ alie: ⁊ tūc ille erūt ꝑ ſe exiſtentes: et ſic erunt forme naturales ſine materia: qd̄ eſt impoſſibile ꝑ naturam: vel omnes informāt materiam: ⁊ tūc iſta materia erit ſimul informata diuerſis formis ſpecie differentibus: qd̄ ē falſum. ¶ Dicendū ergo ꝙ in materia ñ eſt ponenda aliqua ꝑs forme coeua materie ſeu aliq̄d tranſmutabile in forma₃: ſed ibi ponenda eſt ratio ſeminalis: que quidem non ponitur in his que ꝓducūt ſibi ſiľia īmediate: vt ignis ꝓducit ignē de aqua. Dicit em̄. p. hic in lr̄a ꝙ ſicut

Est autem liberalitas medietas circa pecunias: liberalis nanqꝫ laudatur circa dationem ꝛ acceptionem pecuniarum: magis aūt in datione. Dicuntur vero hic pecunie oīa quorū dignitas seu valor nummismate seu denario mensuratur: vt dicit Aristo. Et est sumptum nomē pecunie a pecoribus. qꝛ enī possessio antiquorum erat in pecoribus: ideo totum quod homines possident in terra pecunia vocatur scdm aꝑ. in libro de doctrina christiana. Cum autē diuitie sint bonum vtile contingit bene et male vti pecunijs seu diuitijs: virtuosus autē optime vtitur qui habet circa singula virtutem. Quia ergo liberalitas est virtus moderans passiones circa pecunias liberalis optime vtitur pecunijs medium in ipsis tenendo dando si quibus oportet ꝛ accipiendo vnde oportet et alias circumstantias obseruando. ¶ Circa predicta Notandum q̄ obiectum seu materia virtutum et vitiorum est duplex scꝫ mediata ꝛ inmediata: obiectū inmedietatis sunt passiones per virtutes moderata: Obiectum autem medietatis sunt obiecta huiusmodi passionuꝫ: ꝛ illo modo liberalitas et illiberalitas sunt circa pecunias et obiecta mediata: circa passiones vero timoris et concupiscentie sunt sicut circa obiecta inmediata. Illiberalis enī inmediate concupiscit pecunias: timet q̄ illas exponere ꝛ ipsis tandem carere: quas passiones liberalitas scit moderare. ¶ Assignantur igitur a philosopho multe liberalitatꝭ proprietates: quarum prima est q̄ liberalis magis est dare quibus oportet q̄ accipere vnde oportet velꝰ non accipere vnde non oportet. quod ex hoc manifeste patet: quia liberalitas est medietas circa vsum pecunie: vt prius declaratum est. Usus autem pecuniarū est sumptus seu expense et datio ipsarū. Acceptio autem seu custodia ipsarū magis dicitur esse possessio q̄ vsus. Liberalis ergo magis est dare q̄ accipere. ¶ Itē virtutis magis est benefacere q̄ bene pati: et potius bene operari q̄ turpiter seu scādalose n̄ operari: Sed dare est bene facere vel operari: ꝛ recipere bene est pati vel sustinere: ergo liberalꝭ magis est dare quibus oportet q̄ accipere a quibus oportꝫ. Quapropter laus ꝛ gloria magis est exhibenda danti q̄ accipienti. Unde circa dationem seu expositionem pecuniarum homines communiter laudantur de liberalitate et diliguntur. Circa vero acceptionem non laudantur de liberalitate neqꝫ diliguntur sed de iusticia. Qui enim non accipit vnde oportet sed accipit vnde oportet laudatur qꝛ proximo suo non infert nocumentuꝫ seu damnum: ergo vt prius dixi liberalꝭ magis est dare quibus oportet q̄ accipere vnde oportet: vel non accipere vnde nō oportet.

Secunda proprietas liberalis est q̄ delectabiliter et bono aīo dat illud quod dat: vel saltem sine tristitia. Operations enim virtuose sunt delectabiles et acceptabiles ab omnibus.

Tertia proprietas liberalis est hec q̄ si contingat aliquando q̄ aliquid expendat absqꝫ boni finis intentione et quidem tristabitur moderate tamē quia virtutis est non solum delectari in bonis operibus sed etiaꝫ tristari si ī ope

rando a virtute deficiat: semper tamen in delectatione et tristicia debita moderamine seruata. In omnibus autem his considerandus est tribuentis status: potest nanque liberalior esse qui minora tribuit quam qui maiora si possessio dantis minora excedat suum statum. Unde si habens mille libras tribuat viginti: Et si habens centum tribuat decem liberalior est is qui tribuit minus quam qui plus.

¶ Deinde tractat Aristotiles de vitijs oppositis. s. de prodigalitate et illiberalitate dicens quod huiusmodi vitia sunt superhabundantie et defectus in susceptione et datione pecuniarum. Illiberalitas enim deficit in dando et superhabundat autem in accipiendo: hoc tamen est in paruis pecunijs: sicut magnificentia est in magnis pecunijs. Prodigalitas autem superhabundat in dando et non in accipiendo. Unde prodigus dicitur quasi perditus: perpendo nanque et consumendo indebite et inutiliter bona quibus deberet sustentari esse suum perdit. Peccat autem prodigus non obseruando debitas circumstantias secundum dictamen recte rationis in dationibus: vt quia dat plus quam eius facultas requirit et non in eo fine quo deberet dare. Dat enim vel ex quadam concupiscentia dandi vel ad complementum sue voluntatis. Dat etiam quibus non conuenit dare: vt lenonibus histrionibus ioculatoribus adulatoribus et sic de consimilibus.

¶ Ubi Notandum quod si aliquis daret omnia que possideret pauperibus vt se per religionis ingressum totaliter diuinis obsequijs manciparet non est censendus prodigus quia eius datio recta ratione regularet. Dicuntur autem histriones ioculatores seu gesticulatores qui diuersos gestus hominum sciunt representare: quibus si ludis licitis vtantur iustum est dare mercedem ministerij eorum tribuendo et hoc moderate: qui vero superflue sua in tales consumunt vel etiam sustentant histriones qui vtuntur verbis vel factis seu ludis turpibus aut illicitis vel in proximi nocumentum vergentibus tales pro certo peccant eos in peccatis fouentes: secundum Thomam in summa. q. 1. c. 18. argu. tertio. ¶ Comparat vlterius prodigum ad illiberalem dicens quod prodigus minus malus est quam illiberalis primo quia citius curabilis est a suo vitio dupliciter: Uno modo quidem ex paupertate que consequitur communiter eius superfluam dationem. Alio modo ab etate quia quanto magis quis accedit ad senectutem tanto magis fit promptior ad retinendum et tardus ad dandum. Cuius ratio est hec: quia quanto homo magis senescit: tanto magis deficit et pluribus se de die in diem indigere conspicit. Est etiam prodigus minus malus quam illiberalis quia magis conuenit cum liberali. prodigus enim libenter dat et non libenter accipit quod etiam facit liberalis. Neutrum autem facit illiberalis. Prodigus etiam multis prodest et multos diligit. Illiberalis autem nullum diligit neque etiam semetipsum cum non sit ausus que sunt sibi necessaria expendere.

Capitulum. ij.
Illiberalitas. etc.

¶ Hic ponit Aristotiles modos illiberalitatis Ad cuius euidentiam Sciendum quod illiberalitas et auaricia possunt capi dupliciter scilicet stricte et large. Cum enim liberalitas proprie statuat mensuram in pecunijs et maxime seu principaliter quo ad sumptus et dationem ipsarum secundum vrbanam condecentiam. Justicia vero statuit mensuram in pecunijs secundum rationem debiti. Ideo illiberalitas proprie sumpta que opponitur liberalitati attenditur in defectu decentis acceptionis pecuniarum et largitione et expensione decentis ipsarum. ¶ Auaricia autem proprie sicut loquitur philosophus in hoc consistit. In acquisitione et conseruatione indebita et illicita pecuniarum surripiendo vel detinendo bona aliena: et sic auaricia op

ponitur iusticie: vt dicit Aristotiles. large autem sumendo tunc vnum potest sumi pro reliquo. Unde illiberalitas et auaricia hoc modo dicitur esse inmoderatus amor seu dilectio habendi: et potest esse vel peccatum veniale vel mortale. Si enim amor diuitiarum et bonorum temporalium sit tātus q preferetur charitati: vt si propter amorem diuitiarum aliquis non veratur facere contra amorem dei et proximi: puta alienum iniuste surripiendo seu detinēdo seu adhoc voluntatem deliberatam habendo: et sic erit peccatum mortale. Si autem inordinatio amoris in hoc sistat vt si homo quamuis superflue et inaniter diuitias et bona temporalia congreget non tamē propter ipsas vellet aliquod malum perpetrare seu facere contra deum preceptorem suum et proximū: et illo modo capiendo auariciam est tantum peccatum veniale et de facili curabile.

Contra predicta Arguitur

et videtur q auaricia non sit peccatum aliquod: et hoc potest ita probari sic: q2 illa que naturaliter adueniunt non sunt peccata. amor diuitiarum est huiusmodi ergo etc. Minor est euidens et maxime hoc videmus contingere in senibus: vt dictum est in precedentibus. Item adhuc alia ratione potest hoc probari sic: amare illud per quod vita hoīs ꝯseruatur non est peccatum: sed per diuitias vita hominis conseruatur: ergo ipsas amare non est peccatum. ¶ Responsio. Ad primum dicendum q inclinationes naturaliter sunt regulande per rationem q̄ tenet principatum in natura humana: et ideo amor diuitiarum siue bonorū temporalium siue in iuuenibus siue in senibus est per rectam rationem regulandꝰ: vt si non inordinate ament eas indebite acquirendo vel conseruando.

¶ Ad secundum est ita dicendum q amare illud per quod vita hominis conseruatur non est de se malum nec peccatum: et ideo vsus diuitiarum de se non est malus sed amor inordinatus et illicitus: et talis ad auariciam spectat.

¶ Assignat itaq Aristotiles duos modos seu species auaricie quam illiberalitatem vocat. Aliquis enim est auarꝰ dupliciter: Uel quia deficit in dando vel quia excedit in accipiendo. is qui deficit in dando si parum dat dicitur parcus: si nihil dat dicitur tenax. Excedit vero aliquis in accipiendo multipliciter et hoc sic vel de turpibus lucrando vt lenones qui de meretricio viuūt. vel quia lucratur de eo quod gratis concedere deberet sicut vsurarij: vel ab amicis cum quibus comedit vel bibit: sicut sunt aleatores et huiusmodi: aut mortuos spoliando: qui quondam seu pristinis temporibus magno apparatu consueuerunt sepulture tradi: seu viuis fraudem violentiam seu iniuriam inferendo: vt latrōes spoliatores: et c. oēs isti sūt illiberales: Sūt nāq turpes lucratores qui gratia parui lucri tam nepharios actus exercent quapropter obprobria merito sustinent: ac maximis se exponunt periculis: vt quottidie videmus. Illi autē qui magna non vnde oportet seu que non oportet accipiūt dicuntur et sunt tiranni ciuitates spoliantes et sacra predantes non proprie dicuntur illibarales sed magis perniciosi impij et iniusti: et hoc ideo quia illiberalitas ꝓpe est in paruis pecunijs.

¶ Cum autem auaricia sit peccatum capitale ideo ex ipsa multa vitia oriuntur scdm̄ Gregorium que eius filie dicuntur scilicet proditio: fraus: fallacia: periuria violentia inquietudo: et contra misericordiam obduratio. Unde versus: Produnt fraus fal. per violans. obdurans et inqui. Quia nanq auaricia est superfluus amor diuitiarum auarus in duobus excedit. Primo enim superhabundat in recipiendo et ex hac parte oritur ex auaricia obduratio cōtra misericordiā q2 scz

cor eius nunq̄ emollitur vt de diuitijs suis subueniat miseris ac pauperibus ī eorum necessitatibus: Et ad obduratio-nem potest reduci vsura.
¶ Usurarius enim cor ita durum habet q̄ de mutuo eorum que dare deberet lucrum querit omni quo potest modo. Secūdo ad auariciam pertinet superhabūdare in accipiendo: et sic auaricia potest accipi vł considerari dupliciter Uno modo scilicet quod est in affectu: ꝛ sic ex auaricia oritur inquietudo magna inquantum ingerit huiusmodi sollicitudinem et curam superfluam ac minime necessariam. Auarus enim teste Sapiente non implebitur pecunia. Alio modo potest considerare in effectu: et sic inquirendo alienum vtitur quandoq̄ vi quod pertinet ad violentias vel rapinas. quandoq̄ autem deceptiue vel dolo: qui quidē si fiāt in verbo erit fallacia quantum ad simplex verbum: periurium autem si adatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus committitur in opere: tūc aut q̄ntum ad personas: et sic ē proditio: vt patet euidenter de iuda: qui par auariciam proditionem commiserit in christum eiꝰ preceptorem ꝛc. Quantum vero ad res erit fraus vel furtum.

Notandum insuper q̄ aliud est peccatum habere species et aliud filias: licet aliquando species et filie in idē communicant: species enim vitij capitalis ad idem pertinent genus: Filie vero plerunq̄ ad aliud genus cum vnum vitium ex alio oriatur: ꝛ vitium oppositum vni virtuti oritur ex vitio opposito alteri virtuti sicut odium dei quod opponitur charitati oritur ex luxuria que opponitur castitati et periurium quod opponitur religioni oritur ex auaricia. Idem tamen aliquando potest poni filia ꝛ species eiusdem vitij sicut fraus vel furtum est filia auaricie cum ex ipsa oriatur ꝛ est eius species: cū sub ipsa contineatur.
¶ Quia vero in precedentibus fuit tactum de vsuris et alijs propterea circa illa est aliqualiter insistendum. Et primo de vsura. Cōmittitur enim vsura in contractu mutui. Mutuare vero proprie dicit translationem dominij. Est enim nūmismatis pro nummismate in dominium datio scd̄m Sco. xv. distinc. quarti sententiarum. Extenditur tamen mutuum a doctoribus ad ea quorum vsus est ipsorum consumptio vt esibilia et potabilia: vel distractio vt pecunia. Est igitur vsura scd̄m Hanfridum: Quicquid sorti accidit intransitiue precedente vel pacto. licet autem sors potest sumi pro sortilegio euentu vel fortuna hic tamen sumitur pro capitali.

Notandum q̄ sola spe vel expectatione committitur vitium vsure: extra de vsuris. c. consuluit. quod est intelligendum cum fit mutuum principaliter causa lucri vel emolimenti ita q̄ talis alias non esset mutuaturus. Si autem mutuatur nō principaliter ad mutuandum propter lucrum sed ob charitatem et dilectionem secundario tamē sperat de aliqua retributione non committitur vsura. ¶ Est autem vsura peccatum mortale cum sit contra ius diuinum. Unde ait Psalmista: Domine q̄s habitabit in tabernaculo tuo. ꝛc. Postea qui pecuniam suam ꝛc. quasi dicerꝫ si dederit pecuniam ad vsuram non habitabit in tabernaculo dei. Hanc multū abhorrere debet quilibet christianus cū etiam gentilibus tempore Aristotilis esset turpis et obprobriosa. vt patet ex precedentibus. ¶ Circa vsuras possunt alique oriri dubitationes: Et primo an sit semper vsura vti pignore pro debito sibi obligato? Respondetur scd̄m Thomaꝫ q̄ si quis pro pecunia sibi mutuata obliget rem aliquam cuius vsus precio estimari potest debet ille qui mutuauit computare vsus rei in estimatione eius qđ mutuauit: alioquin idem est ac si pecuniam reciperet ꝑ mutuo qđ est vsura nisi forte esset talis res cuius vsus sine precio soleat concedi inter amicos: sicut patet đ libro accōmodato. Quid si vēdidi

pdium tali cōditione adiecta vt quādo-
cunq; soluatur precium a me vel ab he-
rede meo rehabeam prediuʒ ego vel he
res meus vel vsq; ad tot vel tot annos
possim rehabere soluto precio nunq̄d est
vsurarius contractus. Respondet ſm
Raymū. q; non: sed emptor facit fruct⁹
suos sine periculo vsure licet venditor
iuxta venditionis formam postea recu-
peret predium: et hoc intelligas nisi in
fraudem vsurarum facta fuerit talis ven
ditio quod presumi potest ex eo quod
est modicum precium respectu valoris
rei vel ex eo q; aliquid persoluitur vl-
tra sumam receptam puta fuit venditū
pro centum ⁊ est in pacto q; si rescindi-
tur venditio reddantur .C.xx. Extra
de pigno illo vos cōcordat Hostien. et
Ray. ¶ Alterius circa predicta not an
dum q; sunt aliqui casus in quibus vl-
tra capitale licet aliquid recipere quo-
rum vnus est ratione pene conuentio-
nalis dum tamen non fiat in fraudem
vsurarum Verbi gratia indigeo pecu-
nia mea ad mercandum ⁊ concedo tibi
eam vsq; ad certum diem adiciens pe-
nam conditionalem q; nisi tali die sol-
uas quia multum damnificabor solues
tantum vltra hec pena adiecta licita est
quia licet me seruare indemnem puniē
do eum cū quo sic cōtraho. Signum au
tem quod non fit in fraudem vsurarum
ſm Scotum quādo creditor magis vel-
let die prefixo pecuniam sibi solui q̄ in
crastino cum pena adiecta. Et per oppo
situm fit in fraudem vsurarum quando
vult potius diem transiri q̄ pecuniam
in ipso die solui. ¶ Alius casus est pro-
pter interesse siue vitationem damni de
bitor enim ex cuius non solutione cre-
ditor notabiliter damnificatur tenetur
de iusticia satiffacere creditori: et licet
ille creditor non haberet contra eum
actionem in foro exteriori vtpote quan-
do non sunt pacta vel munimēta tamen
in foro conscientie debitor tenetur vl-
tra sortem ad interesse ⁊ sic de alijs ca-
sibus. ¶ De secundo autem scʒ alee lu-
do sciendum q; talis ludus proprie di-
citur ludus taxillorum large tamen su-
mitur pro omni ludo qui innititur for-
tune viribus. Prohibetur vero talis lu
dus a iure ciuili ⁊ a iure canonico ne. s.
fiat in pecunia seu ex cupiditate. Jure
quidem ciuili. ff. de aleatoribus: Et in
autentica de sanctis episcopis. §. inter-
dicimus. Jure autem canonico prohi-
betur. xxxvj. distinc. episcopus vbi sic
habetur. Episcopus aut presbyter aut
dyaconus alee aut ebrietati deseruiens
aut desinat aut certe damnetur Subdy
aconus autem aut lector aut cantor si-
milia faciens aut desinat aut cōmunio-
ne priuetur similiter et laycus.

Notandum etiam q; deseruire cōsuetudine
importat: qui igitur tali ludo ex cupidi-
tate deseruit seu in consuetudinem du-
cit mortaliter peccat cum tales pene nō
sunt inponende nisi pro graui crimine.
xj. q. iij. nemo ⁊ ca. nullus. Sec⁹ āt eēt
si quis aliunde non ex cupiditate sed
propter recreationem seu causa tedij vl
tristiciam effugandi luderet hoc modo
ludere non est prohibitū ſm Richardū
xv. distinc. quarti sentētiaruʒ: ⁊ in quot
libe. vnde. ff. de alea lege vltima. talis
ludus conceditur pro cōi conuiuio fa-
ciendo et ille qui hoc modo in illo ludo
lucratur non tenetur ad restitutionem
maxime quando ille qui amittit notabi
liter non damnificatur sed in re modi-
ca per comparationem ad ipsum. quod
propter hᵒ dico quia aliquid esset modi
cuʒ diuiti qd̄ esset multū pauperi. Sed
de illo qui lucratur ludo taxillorum eo-
dem modo quo est prohibitus. dicit qui
dem q; tenetur ad restitutionem qd̄ pro
batur dupliciter. Uno modo quia non
tantum prohibetur ille ludus sed etiaʒ
acquisitio lucri per talem ludum: vt. ff.
de alea lege vltima. Unde ſm leges po
test repeti vsq; ad quinquaginta annos
illud quod amittitur in ludo alearum:
ergo ille qui per talem lucratur restitue
re tenetur. ¶ Item vt dicit aristotiles

in precedentibus aleator est illiberalis: sed illiberalis est qui retinet danda: ergo illud qđ homo lucratur per ludum alearum non est retinendum sed dandū sed ista opinio videtur mihi nimis dura. ¶ Ad argumēta autem dicitur: Ad primum dicit Rich. quod procedit de illis que subsunt legibus imperialibus de huiusmodi dicit Thomas in summa q. 32. ar. decimo ꝙ ius ciuile non obligat omnes sed eos tantum qui sunt his legibus subiecti. Et iterum per disuetudinem abrogari potest ⁊ ideo non ligat in illis locis in quibus viget contraria consuetudo. Scotus vero ī quarto sententiarum distinc. xv. dicit ꝙ illa lex allegata non ligat nisi illos qui viuēdo politice sūt sub lege imperiali qui forte nulli sunt hodie quia vbi precipue illa lex consueuit habere locum municipalia preiudicant. Ad secundum dicitur ꝙ non solum dicitur illiberalis qui retinet dāda sed etiā q̄ turpiter lucraur ⁊ sic pōt aleator illiberalis dici qui lucratur his cum quibus comedit ⁊ bibit non autem omnis qui turpiter lucratur tenetꝰ ad restututionem eorum que sic lucratur: vt patet de meretrice que tamen mortaliter peccat meretricando. Nota tamen ꝙ illi qui ludo fraudem committunt vel qui lucratur ab his qui rem suam alienare non possunt seu rebus suis prouidere vt sunt pupilli furiosi ceci surdi perpetuo morbo langui di ⁊ sic de alijs: Qui etiam alios ex cupiditate lucrandi per vim aut per nimiam importunitatem vel dolose ad ludum trahunt tenentur ad restitutionem ſm communem opinionem doctorum. Talium nam retentio videtur esse illicita ex iure diuino ſm tho.

Ca. III

Videtur vtiqȝ ⁊c.

¶ Superius determinauit aristotiles de liberalitate: hic consequenter de magnificētia ⁊ primo manifestat eius materiam in generali dicens ꝙ Magnificentia videtur esse circa pecunias circa quas est liberalitas vt visum est supra qua propter conuenientiam harum virtutum in materia videtur esse rationale ꝙ postꝙ actū est de vna agatur de alia etiam. ¶ Deinde etiam manifestat materiam magnificentie in speciali dicens ꝙ hee virtutes se habent differenter circa pecunias quia liberalitas se extendit ad omnes operationes que sunt in pecunijs siue sint magne siue sint parue siue sint acceptatiões siue dationes siue expense: Magnificentia autem non est nisi circa sumptuosas operationes. Est enim circa magnitudinem sumptuum in ordine ad aliquod magnum peragendum ⁊ hoc significat nomen eius. Unde magnificentia dicitur quasi magni efficientia ⁊ in hoc superexcellit magnificus liberalem. Ex hoc infert aristotiles ꝙ omnis magnificus est liberalis sed non econuerso.

Notandū ad euidētiā predictoꝝ ꝙ virtus habet aliam difficultatem ex ipso genere rei circa quod est et aliam difficultatem ex magnitudine ipsius rei. Et ideo circa vsus pecunie oportet esse duas virtutes quarum vna scilicet liberalitas respicit cōmunez vsum pecunie alia vero scilicet magnificentia respicit magnum in pecunie vsum. Unde vsus pecunie pertinet ad liberalitatē inquantum moderatur eiꝰ inordinatum affectum: ad magnificentiam vero in ordine ad aliquod magnum faciendum sic liberalis dat vt recte et decenter pecunia vtatur: magnificus vero vt aliquid magnum operetur.

Declarat cōsequenter Aristotiles q̄modo magnificentia medietatem ⁊ medium tenet in magnis sumptibus dicēs ꝙ magnificus similis est scienti: Nam sicut artifex sapiens cognoscit proportio

nem expensarum τ eius in quo fiunt expense sic et magnificus proportionez debitam debet attendere inter suas expensas τ ea in quibus expendit. Unde ibi est attendenda dignitas persone expendentis τ genus operis. Sumptus namque non dicitur magnus per respectum ad regem qui est magnus per comparationem ad comitem vel baronem. nec sunt idem sumptus fiendi in constructione domus regie τ persone priuate: Debet etiam magnificus huiusmodi sumptus facere propter bonum finem τ quomodo et quando oportet τ sic de alijs circumstantijs: τ sic in magnis sumptibus tenebit medium regule recte rationis: Debet etiam magis attendere ad bonitatem et decentiã sui operis ꝙ ad quantitatem expensarũ operis: τ ideo prompte τ delectabiliter debet expendere sine inutili computatione quod patet ad paruificos. Cum etiam magnificentia principaliter respicit magnitudinem operis magnitudinem vero sumptus non respiciat nisi in ordine ad magnitudinem operis non ab equali sumptu magnificus faciet opus magis sumptum admirabile ꝙ quicunque non magnificus.

¶ Quia vero magnificentia respicit sũptus in ordine ad aliquod magnum Consequenter exprimit aristotiles que sunt illa magna circa que intendit magnificus dicẽs ꝙ talia sũt multiplicia. Quedam enim sunt que pertinent ad honorem diuinum vt edificatio templorum τ sacrificia que in ipsis fiunt. Quedam vero ad bonum commune puta ꝙ aliquis ad illud quod est vtile toti ciuitati preclare τ magnifice largiatur τ in his perficiendis est conditio attẽdenda operantis ꝭm eius possessiones τ diuitias. Et ideo dicit aristotiles quod inops et pauper non erit magnificus quia non habet vnde multa possit decenter consumere et talia temptando reputabitur insipiens.

Circa quod notandum ꝙ aristotiles non negat quin pauper effici possit magnificus licet enim pauper careat pecunijs cum virtus sit habitus electiuus ex frequentibus electionibus operum magnificorum si facultas adesset poterit in eo generari habitus magnificentie. Sed vult dicere aristotiles ꝙ non generabitur in eo talis habitus per operationes exteriores cum ei desint pecunie ad tales sumptus faciẽdos nec etiam nisi raro generabitur per actꝰ interiores quia homo non frequenter elicit de communi cursu actus volitionis circa ea que sibi videntur impossibilia. Ut enim dicit Augu. illud quod nõ videtur alicui possibile aut non aut tenuiter vult. Et ideo notãter dicit aristotiles quod inops non erit magnificus propter rationes supradictas non tamẽ negat quin possit esse. Est autez magnificentia maxime circa predicta scz diuina τ communia negotia.

Deinde dicit Aristotiles ꝙ potest etiam esse circa propria vel circa illa que semel accidũt sicut sunt nuptie vel circa illa que sunt diuturne durationis vt in edificijs domorum et castrorum τ circa illa non est magnificẽtia ita sicut in premissis quia magnificus non est in seipso sumptuosus: sed maxime circa communia et diuina.

Ulterius dicit Aristotiles ꝙ in singulis generibꝰ rerum nobilium τ honorabilium opus decens illi rei faciet: nõ enim congruit facere idem ad honorem dei τ ad honorem hominis nec idem pro templo τ pro sepulchro. Dicit insuper ꝙ differt magnum in opere τ in sumptu quia spera id est pila si fiat pulcherrima habet quidem magnitudinem et magnificentiam puerilis doni in opere non tamẽ in sumptu qꝛ preciũ non est sumptuosum imo paruũ τ si preciũ daretꝰ puero nobili illud

esset donum illiberabile. ⁊ per ꝯsequēs
non magnificentie quare non semper se-
quitur magnitudinem operum magni-
tudo sumptuum. Sic multum interest
inter dare iocalia magnifica ⁊ ipsorum
precium: vbi enim precium est modicuȝ
iocalia poterunt esse preciosa et magni-
fica quia rara vel noua vł numerabilia
¶ Consequenter dicit aristotiles de vi-
tijs magnificētie oppositis que sūt duo
scȝ bānansia ⁊ paruificentia. Est autem
bannansia idem quod incendium. Un-
de ille qui superhabundat in magnis
sumptibus dicitur bānansus quasi infor
nacis incēdio bona sua consumens qui
quidem excedit magnificentiam nō sem
per in absoluta sumptuum quantitate
sed quia non expendit ꝯm debitam pro
portionem nec ꝯm debitas circumstan-
tias vt is q̄facit nuptialia ⁊ conuiuia hi
storionibus aut purpura viam qua tran
siturus est tegit: et omnia talia peragit:
non propter bonum finem: sed propter
diuitiarum ostēsionem ex his existimās
admirari. Talis etiam vbi oportet mul
ta exponere pauca expendit vbi xo pau
ca oportet expendere multa consumit.
¶ Paruificus vero circa omnia deficit
cuius sunt tres proprietates. Quarum
prima est ꝙ quandoqꝫ licet magnos sū-
ptos faciat tamē pro modico totum per
dit. Secunda ꝙ quicq̄d facit cum qua-
dam tarditate expendit. Tertia ꝙ sem
per tendit qualiter minimum posset ex-
pendere: hinc est ꝙ quicq̄d expendit fa
cit cum tristicia semper existimans ma-
iora facere ꝙ oporteat: licet autem ista
duo contrarientur virtuti cum a medio
recedant non tamen sunt obpropriosa
cum non inferant proximo nocumentuȝ
nec sint in se multum turpia.

Ca. IIII

MAgnanimitas autē
¶ Postquā aristotiles de-
terminauit de virtutibus ex
istentibus circa diuitias: hic determīat
de magnanimitate que est circa hono-
res. Circa quod primo ex ratione ma-
gnanimitatis inuestigat eius materiam
dicens ꝙ apparet aliq̄d ex nomine ma-
gnanimitatis quod cōsistit circa magna
vnde magnanītas dicitur quasi ad mḡ
animositas. Ad videndum ergo circa
qualia sit magna dicit ꝙ nihil differt lo
qui de magnanimitate ⁊ de magnani-
mo: quia vnum per aliud datur intelli-
gi: magnanimus qui dignus existens
dignificat seipsuȝ magnis siue dignum
facit ad magna: videlicet ad magna ho-
nore digna tendendo ⁊ se talibus expo-
nendo puta ad statum vel officium ma-
gnum cuius administratio virtute indi
get per maxima seu ad opus magnum ⁊
difficile vt si quis cum pericula mortis
constanter assurgat ad redarguendum
vitia principum magnificentie. Tunc
enī virtꝰ dignificatꝫ magnificatꝫ ornatꝫ et
augetꝫ Ille vero qui nō ē dignꝰ magnis
⁊ seipsum reputat dignum et ad illa co-
natur non est magnanimus sed insipi-
ens vel stultus ⁊ talis dicitur caymus
vel ventosus seu presumptuosus. Ille
vero qui est dignus paruis ⁊ his contē-
tus seipsm̄ puis dignificat potest dici
temperatus accipiendo temperantiam
large. i. animo moderatus. Talis autē
non est magnanimus cum nō habet ani
mi magnitudinē. Et super hoc dat ex-
emplum Aristotilis de pulchritudine
que non est nisi in magno corpore: ꝙuis
enim homines parui possunt esse homi-
nes formosi qui a decēter lineati seu cō
uenienti figura formati ⁊ commensurati
ꝯm humanorum ⁊ membrorum debitā
proportionem tamen proprie non pos-
sunt dici pulchri: quia pulchritudo vl-
tra predicta requirit in corpore magni-
tudinē. Sic magnanimitatis vltra mo-
rum moderationem que dicit quādam
animi formositatem requirit animi ma-
gnitudinem.
¶ Deīde remouet aristotiles qōdā du-
biū: potest enī quis dubitare ꝙ magnī-
tas nō sit virtus cū virtus cōsistit in me
dio: magn̄imitas aūt ē circa maxīa. Ad

qd̄ rn̄det ꝙ licet magnitas consistat circa extremū scd̄m quātitatē rei in quātū est circa magna tn̄ est in medio ꝭm rationem qꝛ ad illa magna magis tēdit magnanim⁹ vt optet ⁊ scd̄m ꝙ recta ratio dictat. vn̄ dicit ꝙ magnanim⁹ magnitudine q̄dē est extrem⁹ sꝫ vt optet medius ¶ Est nāqꝫ medi⁹ inter caymū q̄ se ip̄m dignificat plus q̄ꝫ optet ⁊ se pusillaminē q̄ se dignificat min⁹ q̄ꝫ optet. ¶ Ex p̄missis īfert aris. materiā circa quā versat̄ magnimitas: cū em̄ magnanim⁹ magnis se ip̄m dignificet dign⁹ existēs ꝯueniēs ē qd̄ maxime maximis se dignificet: maximū aūt inter hec bona exterioꝛa q̄b⁹ virtuosus est dign⁹ est honoꝛ qd̄ ex hoc pꝫ qꝛ illud est maximū qd̄ deo ab oībus debet̄ ⁊ ꝙ in optimis est pꝛimū. Tale aūt est honoꝛ qui ē quedā virtutis testificatio magnimitas igit̄ circa honoꝛes ⁊ in honoꝛationes versat̄ q̄bus magnanim⁹ vident̄ optime ⁊ vt opoꝛtet. ¶ Circa qd̄ notandū ꝙ magnanim⁹ si honoꝛet̄ non extollit̄ ⁊ si inhonoꝛet̄ nō frangit̄ nō em̄ tendit ad magna ⁊ ad honoꝛabilia ꝓpt̄ sui exaltationē sed ad dei gloꝛiā ac sui ⁊ ꝓximoꝝ in bonū ꝓmotionēꝫ: vn̄ si velit honoꝛem famā vel laudē ad hoc vult vt de⁹ gloꝛificet̄ in ip̄o vel vt bonū aspicientis que ex hoc aīat̄ ad ip̄m īmitādū aut vt bonū honoꝛantis vt si faciat debitū suū. ¶ Sed cōtra p̄dicta arguit̄ dupliciter. Et pꝛimo videt̄ ꝙ magnimitas nō sit virtus qꝛ nulla virtus opponit̄ alteri virtuti: sed magnanimitas opponit̄ humilitati: qꝛ magnanim⁹ seip̄m reputat dignū magnitudinis. hūilis vero seipsum ꝑuipēdit: ḡ magnimitas nō est virtus. ¶ Item videt̄ ꝙ magnimitas non sit circa honoꝛes: qꝛ cū magnimitas sit virtus moꝛalis optet ꝙ sit circa passiōes vł opationes: nō est aūt circa opatiōes qꝛ sic esset ps iusticie: ḡ circa passiones honoꝛ nō est passio: ḡ magnimitas nō ē circa honoꝛes. ¶ Rn̄det̄ ad pꝛimū ꝙ magnanimitas nō opponit̄ humilitati lꝫ em̄ videāt̄ tendere in cōtraria hoc tn̄ ꝭm diuersas cōsiderationes. Magnanimitas em̄ facit ꝙ aliquis se dignificet magnis ꝭm ꝯsiderationē donoꝝ que possidet ex deo. humilitas āt facit ꝙ hō seip̄m ꝑuipendat ꝭm cōsiderationē ꝓpꝛij defect⁹ que cōpetit ex infirmitate nature. ¶ Ad secūdū dico ꝙ lꝫ honoꝛ nō sit passio est tn̄ alicui⁹ passiōis obiectū scꝫ spei q̄ tēdit in bonū arduū: ⁊ ideo magnanimitas ē quidē inmediate circa passionē spei mediate āt circa honoꝛē sicut circa obiectū spei sicut foꝛtitudo ē circa pericula moꝛtis inquātū sūt obiectū timoꝛis ⁊ audacie. ¶ Q aūt magnanimitas īmediate moderet̄ spem ⁊ desperationē ꝓbat̄: qꝛ oīs virtus īmediate moderat̄ illas passiōes ꝑ quas īmediate itur in vitia opposita illi: sed ꝑ spem excessiuā inmediate itur in p̄sumptionē excessus namqꝫ spei facit hominē tendere ad illud qd̄ ē supꝛa ei⁹ facultatē ⁊ sufficientiā. Per desperationē etiā īmediate itur in pusillanimitatē cū desperatio facit hoīem discedere ab operib⁹ bonis ad quas est sufficiēs ⁊ dignus: hec aūt vitia sunt īmediate opposita magnimitati q̄re ip̄a īmediate moderat̄ spem ⁊ desperationē. ¶ Deinde ari. declarat quō magnanimitas se habeat ad alias virtutes dicēs ꝙ cū magnim⁹ magnis seip̄m dgnificet dignus existens optet ꝙ sit vere bonus ita ꝙ oēs virtutes habeat alias em̄ non esset magnis bonis dign⁹ ⁊ sic nō esset dign⁹ honoꝛe qui est p̄miū virtutis. Nullus em̄ pꝛauus est honoꝛe dign⁹. Itē ille habitus includit esse magnū in omni ꝟtute qui est oꝛnat⁹ virtutis: sed magnanimitas est hm̄ōi cū ceteras virtutes maioꝛes faciat quare ip̄a īpoꝛtat ⁊ includit esse magnum in omni virtute. ¶ Notandum tn̄ ꝙ lꝫ magnanimitas p̄supponat alias virtutes ⁊ ad magniminū ꝑtineat esse magnū in qualibet virtute magnimitas tn̄ est virtus specialis cum distinguat̄ ꝑ aris. a ceteris. Confirmat̄ qꝛ illa virtus est specialis ⁊ nō generalis q̄ ponit modū rōnis circa determinatā materiā: sed magnanimitas est hm̄ōi qꝛ circa honoꝛes: ḡ est virtus specialis ꝭm se cō

ſiderata. Quia vero honor ē cuiuſlibet
virtutis p̄miū ideo ex ꝯſequēti rōne ſue
materie reſpicit oēs virtutes inquātuꝫ
namqꝫ tendit ad ea que ſunt digna ma-
gno honore intēdit magna opari in qua
libet virtute: licet etiā q̄libet virtꝰ habe
at quēdā decorē ſeu ornatū ex ſua ſpecie
ſupaddit̄ tn̄ aliꝰ ornatꝰ ex ip̄a magnitu
dine opis virtuoſi ꝑ magnanimitatē q̄
oēs virtutes maiores facit. Hinc eſt ꝙ
ad magnimitatē ꝑtinet actꝰ aliarū vir-
tutū nō ſm̄ eā rōnē qua ſunt actꝰ illarū
virtutū: ſed inquantū habēt rōnē cuiuſ-
dā excellentie: ⁊ ſic dicit ariſ. ꝙ ad ma-
gnanimū ꝑtinet nō fugere cōmouenteꝫ
qꝺ eſt actꝰ humilitatis vel prudētie ne
qꝫ facere iniuſta qꝺ eſt actꝰ iuſticie: ⁊ ſic
de alijs. Unde magnanimꝰ nulliꝰ gra-
tie turpia opabit̄ cū nihil ſit ſibi magna
nimū ī his bonis extrinſecis cuiuſmodi
ſunt honores potentatꝰ ⁊ diuitie. ¶ Cō
cludit igit̄ ariſ. ex p̄dictis ꝙ difficile eſt
hoīem eſſe magnimū cū nullus ſit mag-
nimꝰ niſi habeat oēs alias virtutes q̄d
eſt valde difficile. Deinde oſtendit quō
magnanimꝰ circa ꝓpriā materiā opat̄
dicens ꝙ ſi ei magni exhibeāt̄ honores
in ip̄is delectabit̄ moderate attēdēs ꝙ
nullus honor exhibitꝰ eſt cōdignū p̄mi
um virtutis. Notandū p̄miū ꝯdigni vir
tutis eſt vltimꝰ finis: honor aūt ab hoīe
exhibitꝰ eſt qꝺdā p̄miū virtutis acciden
tale qꝺ eſt quedā ip̄iꝰ virtutis teſtifica-
tio: honor nāqꝫ non eſt premiū virtutis
quo ad ipſum virtuoſum vt ſcꝫ hoc pro
p̄mio expetere debeat ſꝫ ꝓ p̄mio expetit
beatitudinē que eſt finis virtutis. Dicit̄
autem eſſe p̄mium virtutis ex ꝑte aliaꝝ
quē nō habēt aliqꝺ maiꝰ qꝺ virtuoſo re
tribuāt ꝙ̄ honorē qui ex hoc ip̄o habet
magnitudinē ꝙ ꝓhibet teſtimoniū vir-
tuti: Si etiā magnanimꝰ inhonoret̄ hꝰ
paruipendet attendens inhonorationē
ſibi iniuſte fieri: In minoribꝰ aūt bonis
circa que magnimitas nō principalit̄ ſꝫ
ſecundario habet eſſe cuiuſmodi ſunt di
uitie ⁊ alia bona fortunā delectabit̄ mo-
derate neqꝫ ei ſupflue gaudebit ſi ſit be-
ne fortunatꝰ. Neqꝫ ſupflue triſtabit̄ ſi in
fortunia patiat̄. hoc aūt ſequit̄ ex p̄miſ-
ſis. Si eni in honorē qꝺ eſt bonū maxi-
mū inter hec bona extrinſeca nō ſupflue
delectat̄ ſed ip̄m honoreꝫ ꝑuū exiſtimat
multomagis cetera bona ꝑuipendet nec
in eis ſupflue gaudebit. ¶ Deinde po-
nit ariſ. quādā ſimilitudinē inter habē-
tes bona fortune cuiuſmodi ſunt ꝑtātus
⁊ diuitie ⁊ magnanimū: qꝛ vterqꝫ alios
deſpiciūt ⁊ cōtēpnūt. dr̄nt tn̄ qꝛ haben-
tes eni bona fortune alios iniuſte cōtēp
nūt: puta pauperes ſeu virtuoſos viros
exiſtimātes ſeip̄os ſupexcellere: ⁊ hoc
ideo qꝛ ſine virtute nō eſt facile modera
te ferre bonas fortunas ſeu reſiſtere paſ
ſionibꝰ ꝑ bonas fortunas inductis ⁊ eis
bene vti. Magnanimꝰ vero quos cōtē-
nit iuſte cōtēpnit. ¶ Circa ꝙ notādū ꝙ
cōtemptꝰ quo magnanimꝰ aliquos cōtē
pnit nō ꝓuenit ex inflatione ſupbie cum
magnanimitas p̄ſupponat humilitatem
ſicut ⁊ ceteras virtutes: vt dictū eſt in p̄
cedentibꝰ: vnde ſancti viri ⁊ ꝑ magna-
nimitatē quoſdā cōtēpnūt ⁊ ꝑ humilita
tē alios honorāt: ꝑ magnanimitatē nā-
qꝫ aliquos cōtēpnūt ſm̄ ꝙ deficiūt a do
nis dei. ſic ꝙ nō tm̄ ip̄os appciant̄ ꝙ ꝓ
eis aliquid indecēs ⁊ iniuſtis faciant vt
ptꝫ de martiribꝰ minas hoīm cōtēpnē-
tibus ꝑ humilitatē vero alios honorant
⁊ ſuperiores eſtimant: inquātum aliqꝺ
in eis de donis dei reſpiciunt. Unde in
in pſalmo dicitur de viro iuſto: Ad nihi
lum deductus eſt in conſpectu eius ma
lignus quod pertnet ad contēptum ma
gnanimi. Timentes autem dominum
glorificant quod ꝑtinet ad honorem hu
milis.

Ca. V

Non eſt autem ⁊c.

¶ Hic cōſequenter ponit ari
ſtotiles ꝓprietates magnani
mi. Et primo penes pericula dicens ꝙ
magnanimus non exponit ſe periculis
pro paruis rebus cum ipſas modico ap
p̄cietur Sed pro magnis rebus defen-

dendis vel assequendis vt pro fide ꝓ iusticia ꝛ republica: ꝛ in talibus non parcit vite: magis eñ elegit moriendo consequi magna bona ꝙ̄ his viuendo carere. ¶ Deide ponit proprietates magnanimi quo ad exteriora beneficia dicens ꝙ magnanim⁹ promptus est ad benefaciendũ alijs sed verecundat̃ ab alijs beneficia accipere quia benefacere est excellentis ꝛ beneficiari est excessi: magnanimus aũt semꝑ ad hoc intendit vt excedat alios ꝛ hoc in bono. ¶ Est etiam memor datorum beneficiorum ꝛ inmemor acceptorũ cuius ratio est nõ ꝙ velit esse ingratus beneficij accepti quin potius est gratissimus retributor: studet eñ vt maiora retribuat ꝙ̄ acceptat: nec etiã ꝙ velit inaniter gloriari super dato bñficio pl⁹ eñ diligit bonum opus ꝙ̄ honore in operis: sed ratio hui⁹ est quia cum ĩ virtute vellet excellere vult ꝛ ĩ memoria habere qualiter excellat: Ex his sequit̃ ꝙ magnanimus delectabiliter audit se benefecisse alijs: Indelectabiliter aũt audit se recepisse ab eis. ¶ Per cõparationẽ autẽ ad honores sumit̃ alia eius ꝓprietas que ẽ ꝙ ad magnanimũ ꝑtinet vt se magnanimũ ꝛ honorabilez exhibeat ad illos qui sunt in dignitate ꝛ excellentia cõstituti: sed ad mediocres mediocre cuius ratio est: quia virt⁹ semꝑ nitit̃ ad id qḋ est difficile ꝛ honorabile. Excellere aũt bonos viros ꝛ magnanimos est difficile ꝛ honorabile: sed mediocres excellere est facile ꝛ non multuz honorabile videlicet a simili de illo qui ꝯtra inbecilles se fortem exhibet ꝛ viros robustos aggredi nõ audet: ꝓbet aũt se magnanim⁹ magnũ apud magnos non in ordine ad reuerentiam recipiendam sed in ordine ad magnas operationes pagengum. ¶ Deinde ponit aristotiles proprietates magnanimi per cõparationez ad humanos actus quaruz prima est ꝙ magnanimus est piger ꝛ ociosus quod est intelligendum non realiter sed apparenter: quia scz nõ se ingerit multis negotijs sed solum insistit illis qui pertinent ad ad aliquod magnum. quia vero magna non sunt tã frequentia sicut parua ideo videtur esse ociosus seu paucorum operatiu⁹. Secunda proprietas ꝙ magnanimus in amore vel odio non est latens vel occultus sed patens et manifestus: latere namq; in amore vel odio est hominis timidi cuiusmodi nõ est magnanim⁹ ꝛ ideo non timet dicta sua vel facta propalare.

¶ Si arguit̃ ꝙ hec ꝓprietas magnanimi non sit bona quia ex tali ꝓpalatione dictorum vel factorũ possunt aliqui scãdalizari Respondetur ꝙ dicta vel facta magnanimi què est in virtutibus perfectus non sunt talia ꝙ ex his debeat aliquis offendi ꝛ ideo nõ debet timere ipa propalare cum illa propalatione non ꝓhabeat actiue scandalum.

Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ scandalum est duplex scz actiuũ ꝛ passiuum. Scandalum actium est dictum vel factum minus rectum ꝓbens alicui occasionem ruine ꝛ dicitur minus rectum illud quod est de se malum vel quod habet speciem ꝛ similitudinez mali. Scandalum passiuum est cum quis ex dicto vel facto alterius cadit in peccato veniali vel mortali.

Item notandum ꝙ scãdalũ actiuum est occasio peccandi alteri dupliciter scilicet per se ꝛ per accidens: per se quidem quando aliquis suo malo verbo vel facto intendit alium in peccatuz inducere. Et si quidam intendat inducere ad peccandum mortaliter est peccatum mortale. ¶ Per se etiam aliquis proximum scandalizat licet non intẽdat eũ inducere ad peccatum quando ipsum factum de se est tale ꝙ de sui ratione habet vt sit inductiuum ad peccandum puta cum aliquis publice peccat. ¶ Per accidens autem factum vel dictum vnius est alteri occasio peccandi quando preter intentionẽ operantis ꝛ ꝓter ꝯditionez opis aliq̄s male disposit⁹ ex hmõi ope-

inducit ad peccandũ puta cũ aliq̃s inui-
det bonis aliorum ⁊ tũc is qui facit hu-
iusmodi actũ nõ dat occasionẽ quãtũ in
se sed aliꝰ sumit vñ est ibi occasio acce-
pta nõ data: posset tñ hmõi scandalũ eẽ
peccatũ veniale: puta cũ aliquis cõmit-
tit actũ qui nõ est scd̃m se peccatũ ſꝫ ha-
bet spẽm mali cũ aliqua leui indiscretio
ne: potest etiã esse mortale puta cũ aliq̃s
sic cõtẽpnit salutẽ ꝓximi vt ꝓ ea seruã-
da nõ pretermittat facere qđ libuerit si-
bi. Item notandũ ꝙ licet ea que sunt đ
necessitate salutis nõ sunt p̃termittenda
ꝓpter scandalũ qꝛ nullus debet morta-
liter peccare ꝓpter malũ alteriꝰ vitãdũ
Illa tñ que nõ sunt de necessitate salu-
tis sunt aliq̃ñ occultanda vel differẽda
ꝓpter scandalũ pusillorũ qđ ꝓcedit ex
infirmitate vl' ignorãtia ⁊ nõ ex malicia
euitandũ ꝓpter qđ etiã sunt omittenda
opa que sunt in dr̃a ex gñe vt carnes cõ
medere vinũ bibere tempalia acquirere
Ita ꝙ si ꝓbabiliter videat ꝙ in ꝓximis
scandaliset mortaliter: omissio est in p̃ce
pto si venialiter in cõsilio quousq̧ rõne
reddita hmõi scandalũ cesset: postq̃ aũt
est debite oñ ꝓximo qđ inde nõ debet
scandalizari nõ tenet homo talia omitte
re: ⁊ si exinde scãdalizet illud erit ex ma
litia. Scandalũ aũt qđ ꝓcedit ex mali-
tia: est ꝯtempnẽdũ: est eñ scandalũ pha
riseorũ qui scandalizabant de doctrina
christi de quibꝰ dicit dñs: Sinite eos
qꝛ ceci sunt. vnde ꝓpter tale scandalũ
nõ sunt spiritualia vel tꝑalia omittẽda
hoc eĩ noceret bono cõi: daret malis oc
casio malignãdi vel rapiẽdi. Sm̃ Tho.
⁊ Rich. Tertia ꝓprietas ẽ ꝙ magis cu
rat de veritate q̃ de hmõi opinione: ⁊
ideo ꝓpter hoĩm famã nõ recedit ab eo
qđ eum facere decet semꝑ que veraciter
loquit nisi forsan aliqua falsa ironice ꝓ-
ferat. Ex hoc inferri põt ꝙ magnanimꝰ
parũ curat de honoribꝰ vite p̃sentis Cũ
eñ magnanimꝰ parũ curat de hoĩm opi
nionibꝰ seq̃t ꝙ ẽt paꝝ curat de p̃ñtis se-
culi honore ꝓbat ꝯclõ qꝛ honor natura
liter ordinat ad generãdũ opionẽ ex ta

li signo quale est honor vt ſcꝫ nos opine
mur vel alij opinent nos esse virtuosos
vt habet primo huiꝰ. Opinio aũt alioꝝ
vt ad gloriã nr̃am ordinata est ꝯtemnẽ-
da magis q̃ appetenda ꝑ honorẽ mun-
danũ: cuiꝰ causa est: qꝛ honor ẽ fallax si-
gnũ virtutis cũ posset impendi nõ solũ
hõi virtuoso sed etiam inuirtuoso: & ho
nor ad hmõi opi. generãdã ordinatꝰ est
cõtemnẽdus. Opinio etiã nostra ꝑ tale
signũ genita est simpliciter contẽnenda
dicente poeta plus alijs de te q̃ tu tibi
credere noli: põt tñ magnanimꝰ honorẽ
recte appetere nõ ad suã exaltationẽ ſꝫ
ad dei gloriã ⁊ ꝓximi vtilitatẽ vt dictũ
est in p̃cedentibꝰ. ¶ Demũ ponit aris.
ꝓprietates magnanimi que sumunt in
ordine ad ip̃ius dispositionẽ quarũ pr̃a
est ꝙ ip̃e nõ ẽ promptus ad admirãdũ
cuiꝰ ratio ẽ qꝛ admiratio ꝓuenit ex his
que reputant magna. Magnanimo aũt
nihil est magni inter ea que exteriꝰ oc-
currere possunt cũ sua principaliter cir-
ca interiora versent. Scd̃a ꝓprietas est
ꝙ ip̃e nõ recordat de malo ꝙ aliquãdo
passus est qꝛ tale nõ reputat magnum:
⁊ ideo ad ip̃m nõ ꝑtinet de illo recorda-
ri sed magis ip̃m despicere. Tertia ꝓ-
prietas est ꝙ ip̃e nõ ẽ humanilogus qꝛ
nec de seip̃o nec de quolibet alio homi-
ne libẽter loquit: semꝑ nãq̧ intentꝰ ad
diuina que sunt maxime bona. Indignũ
estimat đ rebꝰ humanis loquẽdo verba
cõsumere: vnde nõ ẽ sibi cura vt laudet
neq̧ ꝙ alij vituꝑẽt q̃ ꝓpter de alijs nõ
male loquitur nec etiã de inimicis nõn
ꝓpter iniuriã ab eis illatã repellendũ
Quarta ꝓprietas ẽ ꝙ si sibi desinit ne-
cessaria ad vitã nõ multũ ꝯqueritur vel
murmurat neq̧ multũ dep̃cat vt sibi ex
hibeãt: hoc eñ ꝑtinet ad eũ q̃ studet cir
ca nec̃ria vite acq̃rẽda plus q̃ circa virtu
tẽ cuiusmodi nõ est magnanimꝰ. Quin
ta ꝓprietas est ꝙ magnimꝰ est grauis ĩ
motu ⁊ in voce. Motus eñ eius est gra
uis siue lentꝰ ⁊ tardus ⁊ non velox: qꝛ
circa pauca studet vox vero eiꝰ ẽ grauis
⁊ locutio eiꝰ stabilis ⁊ solida nõ acuta

clamorosa vel contẽtiosa qꝛ nihil magnũ existimat acumine aũt vocis aut contẽtõ fiunt ꝓpter bonũ extrinsecũ qḋ reputat esse magnum. Cap. sextũ.

Eficientes autem. ꝛc.

Hic agit aristo. de vitijs oppositis magnanĩtati scꝫ de pusillanimitate q̃ ei opponit̃ ꝑ defectũ ꝛ ꝑsumptionẽ q̃ ei opponit̃ ꝑ excessũ. Circa qḋ primo dicit ꝙ pusillanimꝰ ꝛ caymus siue ꝑsumptuosus nõ videtur eẽ mali malicia scꝫ nociua proximo qꝛ non sũt malefactores vterqꝫ tamẽ illoꝝ ẽ malus ꝛ peccat ĩ quantũ recedit a medio virtutis. pusillanimus enĩ priuat seipꝫ ꝛ indignificat bonis q̃bus dignus est ꝑ pusillanimitatem ab opibus virtuosis discedẽdo ꝑ q̃ recusat tendere in id quod ẽ sue potentie cõmensuratuꝫ. hoc aũt ꝓuenit ex ignorantia sue cõditõis q̃ ignorãtia causat̃ ex pigricia ꝯsiderãdi suã facultatẽ seu abilitatem ad ꝟtutẽ quã habet ex gratuitis donis ꝯditõis naturalibꝰ et supnaturalibꝰ Caymi ꝟo seu ꝑsumptuosi seipos ĩgrantes nõ quidẽ ꝑ pigriciã sꝫ ꝑ insipientiaꝫ ꝛ stultitiam conatur ad q̃dã magna ꝛ honorabilia suã facultatẽ excedẽtia quibus indigni sũt. hmõi sũt illi q̃ ignari ꝛ insufficientes existẽtes ꝓcurãt se ad doctoratũ assumi qui sepe redarguũtur ꝛ ꝯfũdũt̃ nõ valẽtes exercere ea ad q̃ fuerũt assũpti puta legẽdo vel disputãdo: tales etiaꝫ seipsos ostentãt vestibus ꝓciosis ornando pompose incedendo bonasqꝫ fortũas suas manifestãdo vt ꝑ hoc appareãt hominibꝰ honorãdi. Opponit̃ aũt magſ pusillanimis magno q̃ caymus. Magnanĩmus enĩ et caymus cõueniũt ĩ conatu ad opa magna q̃uis diuersimode: qꝛ magnanimus appetit ꝛ conat̃ vt dignꝰ. Est etiaꝫ pusillanimis deterior caymo ſm aristo. qꝛ deterius ẽ ab ope qḋ sufficient̃ est in hoĩs ꝑtãte despare et despando discedere q̃ ad bonuꝫ opꝰ qḋ excedit hoĩs facultatẽ conari et assurgere: hoc enĩ est ad bonũ tẽdere q̃uis indiscrete. et illud ẽ a bono fugere et seipm inutilẽ reddere. Sed desperatio ẽ pusillanimis Conatus aũt iste ẽ caymi quare pusillanimus deterior ẽ caymo. ¶ Quia ꝟo ꝑsumptio ad supbiã ꝑtinet circa ipam est aliqualit̃ insistẽdũ. Est aũt supbia amor ꝑpe excellẽtie: qḋ q̃dẽ ẽ verũ de amore inordinato. supbus nãqꝫ vult supgredi sup illud qḋ est et sup illud qḋ recta rõ dictat. hoc aũt cõtingit quadrupliciter: ꝛ ſm hoc sumũtur quattuor spẽs supbie ſm gregoꝛ. Prima ẽ ꝙ q̃s gliat̃ ꝛ extollitur de bono qḋ habet ꝛ ita se gerit affectu vel effectu ac si haberet illḋ bonũ a se cõtra illḋ qḋ dicit aplꝰs Quid habes qḋ nõ accepisti: si accepisti cur ǧ gliaris q̃si nõ acceperis. Ex tali aũt amore inordĩato proprie excellẽtie seq̃tur q̃dã excecatõ intellectꝰ q̃ supbus estimat illud bonuꝫ habere a se: seqꝫ eẽ totalẽ eius cãm: ꝟa nã ꝙ estimatio corrũpit̃ in ꝑticulari agibili ꝓpt̃ affectionẽ deordinatã sicut ille qui fornicatur estimat pro tunc sibi bonũ esse fornicari licet sciat in vniuersali fornicari esse malum. Ad hanc spẽm pertinet ĩgratitudo. Ingratus eñ dr̃ q̃ non recogscit beneficiũ acceptũ. vñ q̃si ꝑncipiũ boni se reputat eo ꝙ nõ retorquet bñficiuꝫ in illo a quo recepit. Secũda species superbie est cum q̃s extollitur de bono qḋ habet ac si datum sibi desuper fuisset ꝑ meritis suis. ex quo sequitur excecatõ intellectꝰ vt dcm̃ est ĩ prima specie ita ꝙ superbus credit se esse cãm principalẽ boni qḋ habet: deũ ꝟo secũdariã. Licet eĩ scti m̃lta a deo obtineãt ꝑ meritoria opa hoꝝ tñ deꝰ ẽ cã ꝑncipalis ꝛ hõ secũdaria Tertia spẽs ẽ cũ q̃s extollit̃ iactando se habere bonũ qḋ ñ habet: hoc aũt fit dupliciter: Vno mõ q̃ntũ ad interiorẽ cordis arrogãtiã q̃ hõ false se existimat illḋ habere ꝛ sic iactãtia vel arrogãtia ponit̃ tertia species supbie. Alio mõ q̃ntuꝫ ad exteriorem actum quo quis falsa sibi attribuit quod non habet: ꝛ sic iactãtia ponitur filia inanis glorie. Quarta species est cum quis despectis ceteris singulariter appetit videri habere quod habet. Superbus enĩ alios contemnit seu vi-

les et inutiles reputat: appetitque illos in compatione sui ab alijs cōtemni. vñ X. s. A se meritis arrogat et sua spernens.
¶ Hic agit de modo agendi iustum ꝛ iniustum. Circa quod ṗmittit quomodo differunt iniustificatio ꝛ iniustum dicens ꝙ iniustum est aliqua res que est contra iusticiā vel naturalem vel legalem sicut furtum/sꝫ quādo aliqs hoc exrceet vel operat puta furandō hec operatio vocat iniustificatio quasi iniusti factio: ꝛ simpliciter iuficatio dicitur quando aliquis operatur iustum. ¶ Deinde dicit ꝙ tunc aliquis est in iustus quando id iniustū quod facit volūtarie facit. Et similiter ille iust⁹ qui voluntarie operatur iustum. Si autem aliquis inuoluntarie operetur nec iustus nec iniustus quo ad hoc dicitur est autem aliquid inuolūtarium ꝑ ignorantiam et per violentiam: vt dicum est supra tertio huius.
¶ His premissis dicit ꝙ aliquis tripliciter facit vel operat iniustū ₛm ꝙ ꝯtingit tripliciter inferri alicui nocumētum Uno mō ex ignorātia iurꝭ vel facti puta

circūstantiarū requisitarū ad opationez de qbus dictū est tertio hui⁹/ vt si aliqs putās pcutere hostē pcutiat patrē ꝛ sic de alijs:ꝛ tale peccatū est dignū venia d quo nota q̄ dicta sūt ibi. Scdo⁹ cōmitti tur peccatū ꝛ fit iniustū ex passione vel ī firmitate seu inclinatione appetit⁹ sensitiui:puta ex subito motu ire. Tertio aliqs opat iniustū ex electione et plena deliberatiōe ꝛ talis dicit peccare ex malicia. Dicit aūt peccatū ex certa malicia ꝑm sco..43.dis.scdi sententiaꝝ: quādo voluntas ex libertate sua absqꝫ errore ī ratione ꝛ absqꝫ passione in appetitu sensitiuo peccat. ibi em̄ est plenissima ratio peccati qꝛ nihil aliud a voluntate allici ens eam ad malū. Unde tale pctm̄ ē ipius voluntatis ꝑm se ex libertate sua nō cōdelectādo appetitui sensitiuo neqꝫ ex errore rationis. Peccatū siquidē ex passione vel in potētia dicit appropriate eē cōtra patrē qꝛ ei attribuit potētia. Peccatū autē ex ignorantia ꝯtra filiū cui appropriat sapientia: Peccatū ex malicia cōtra spiritū sanctū cui appropriat bonitas. Nō dicit aūt peccatū ex malicia ex eo ꝙ voluntas peccās tēdat in malū inquātū malum qꝛ ꝑm Dyoni. de diuinis nominib⁹ nullus opat malū aspiciēs sꝫ qꝛ est in plena malicia inquātū volūtas ex plena libertate sine actione extrinseca elicit malum velle.

De epieykeya Ca. VI

Hic aristo. determinat de iusto epieikeies qđ est ius directiuū iusti legalis. Circa quod notandum ꝙ humani actus de quibus leges dantur in singularibus cōsistunt q̄ sunt contingentia ꝛ infinitis modis variari possunt:ꝛ ideo nō fuit possibile vel leges regulas institui que nullo casu paterent instantiam. Unde legislatores attendentes ea que vt in pluribus accidūt leges statuerunt in quibus nō legis verba tantū sed legislatoris mens est obseruanda ꝛ ideo in aliquo casu pticulariter nō est iustū verba legis obseruare. Est ergo necessaria directio iusti legalis in quibusdā casib⁹ q̄ directio fit p ius epieykes qđ se habet vt spēs respectu iusti generaliter sūpti Omne em̄ ius epieykes est iustū sꝫ nō omne iustū est ius epieykes. Sic epikeya vel equitas est quedā iusticia q̄ est habit⁹ electiu⁹ talis iusti iclinans magis ad pene minoratione ꝙ ad ipsius pene rigorē quā quidē habēs dicit vir epieykes qui ē electiu⁹ ꝛ operatiuus hmōi iusti. verbi gratia in quadam ciuitate statutū fuit sub pene capitis ꝙ pegrini nō ascenderent muros ciuitatis ne scꝫ possint ciuitatis dominiū vsurpare. Hostibus autem irruentibus peregrini ascendūt muros vt defenderent ciuitatē ab hostib⁹ quos tn̄ nō ē dignū capite puniri. Est em̄ hoc cōtra ius naturale ꝙ benefactoribus ꝓ pmio pena reddat. Et iđ ꝑm ius naturale optet dirigere ius legale: quis aūt lex patiat instantiā nihilomin⁹ tn̄ iuste posita est. Et defectus nō est ex pte legis vel legislatoris:sꝫ ex pte materie legis vel ex pte actuū hūanoruꝫ qui infinitis modis variari possint vt dictum est. Sic etiā ī natura de communi lege hoīes nascunt cū quinqꝫ digitis cōtingit tamen quādoqꝫ ꝙ nascunt cū pluribus qñqꝫ paucioris⁹ qđ tamē nō est ex defectu nature vel virtutis naturalis sed ex suphabundantia materie vel defectu. Dicit cōsequenter aris. ꝙ licet hominis ad seipm non sit ꝓprie iusticia qꝛ iusticia disponit ad alterū vt dictū est hominis tamen ad se est iusticia metaphorice vel similitudinarie dicta inquātum diuersitas potentiarum anime assimulatur diuersitati psonarum quarum vna alteri dominatur sicut ratio dominat appetitui sensitiuo.

Explicit quintus liber ethicorum.

Incipit liber sextus

Via ꝓo extitim⁹

¶ In ꝓcedētibus libris
q egit aris. de virtutib⁹ ꝑ-
ficiētibus affectū: hic cō
sequēter agit de virtuti-
b⁹ ꝑficiētib⁹ intellectū dicēs ꝙ cū in ꝓce
dentib⁹ dictū fuit virtutes morales cōsi
stere in medio ſm ꝙ recta rō determinat
ideo videndū est de virtutib⁹ ip̄am rōnē
ꝑficientib⁹. ¶ Diuidit aūt aris. ptē ani-
me rōnē habentē in duo scientificū qḋ ē
circa necessaria ⁊ rōcinatiuū seu cōsiliati
uū qḋ est circa cōtingētia ḋ quib⁹ est cō
siliū. Q aūt hee ꝑtes aīe sint distincte ꝓ
bat q: necessariū ⁊ cōtingēs sunt altera
genere: ergo erit distinctio ꝑtiū aīe hui⁹ ob
iecta distincta respicientiū. ¶ Circa qḋ
notandū ꝙ sciētificū ⁊ rōnatiuū dicunt
due ꝑticule aīe non ꝙ sint due potentie
aīe ex natura rei distincte: sꝫ q: sunt vna
potētia ſm diuersa officia ꝑtita: que po
test etiā dici due ꝑtes ꝓpter aptitudinē
quā habet ad recipiēdū distinctos habi
t⁹ gñe drñtes cuiusmodi sūt habit⁹ spe
culatiu⁹ ⁊ habit⁹ practic⁹. Exēplū hui⁹
pōt adduci in distinctiōe aīe ſm portio-
nē superiorē ⁊ inferiorē vbi nō est distin
ctio nisi ſm officia ſm Aug. idem eñ i-
tellectus inquātū versat circa eterna dr
portio superior ⁊ inquātū ꝯsiderat infe
riora dicit portio inferior. Sic etiā eadē
volūtas diligēdo deū ꝑtinet ad superio
rē portionē rōnis ⁊ diligēdo ꝓximū ad
inferiorē. ¶ Et si arguat ꝙ potētie ha-
beant distingui ꝑ obiecta necessariū aūt
⁊ cōtingens sunt obiecta genere distin-
cta. ¶ Rñdeo ꝙ licet hmōi obiecta ꝑti-
alia distinguant ꝯueniūt tñ in vna rōne
obiecti scꝫ in rōne entis qḋ est obiectuꝫ
adequatū potētie intellectiue: nō optet
aūt potētiā distingui ꝓpter distinctionē
ꝑtialē obiectoꝝ sub eodē obiecto adeq̄-
to cōtētoꝝ. ¶ Circa qḋ notandū ꝙ ens
ponit obiectū intellect⁹ nō solū ſm sco.
sꝫ etiā ſm tho. in ꝑma ꝑte. 79. q. ar. 9.
de quo dicit sco. xiiij. q. qḋlibetoꝝ. ꝙ
obiectū primū naturale potest intelligi
dupliciter vno mō ad qḋ potētia natu-
raliter inclinat ⁊ sic ens est obiectū intel
lect⁹ creati ſm suā totā cōitatē ꝓut scꝫ
se extendit ad omne positiuū qḋ non est
nihil siue sit ens reale siue rōnis cū om-
ne tale sit intelligibile. Alio modo acci-
pit obiectū primū naturale qḋ potentia
naturaliter pōt attingere ſm ꝯcursū cā-
rū naturaliū ⁊ hoc est ens limitatū. In-
tellectus eñ noster sepat⁹ a corpe pōt
naturaliter cognoscere omne ens limi-
tatū nō aūt ens illimitatū vt deū sub ꝓ-
pria rōne diuinitatis. Obiectū tñ natura
liter attingibile ⁊ adequatū intellectui
nostro ꝓ statu isto est qdditas rei mate-
rialis vel sensibilis intelligēdo nō solū
de ꝓprio sensibili sed etiā de īcluso eēn
tialiter vel virtualiter in sensibilibus.
¶ Deinde dicit aris. ꝙ inquirēdū est qs
est optim⁹ habit⁹ vtriusqꝫ ꝑtis ꝑfate scꝫ
scientifice ⁊ rōnatiue q: habit⁹ cuiusli-
bet potētie est optima dispositio ad op⁹
ꝓpriū illi⁹: ⁊ q: habit⁹ innotescūt ꝑ act⁹
Primo videndū est qd est opus finale
vtriusqꝫ. ¶ Ad cui⁹ euidētiā ꝑmittit ꝙ
tria sunt in aīa que vident esse principiū
ꝓprie opationis scꝫ sensus intellect⁹ et
appetit⁹. Sensus aūt nullius opis pōt
esse ꝑncipiū eo scꝫ modo vt dñet sue opa
tioni: q: sic bruta haberēt dñiuꝫ sui act⁹
qḋ est manifeste falsum: nō eñ ducūt sꝫ
ducunt impetu passionū appetit⁹ sensi-
tiui. Relinquit ergo ꝙ alia duo sint prin-
cipia actuū humanoꝝ. Intellect⁹ auteꝫ
in iudicādo habet duos act⁹ scꝫ affirma
tionē qua cōsentit vero: ⁊ negationē q̄
dissentit falso quib⁹ correspōdēt ꝓporti
onabiliter duo ī appetitu scꝫ ꝓsecutio q̄
appetitus tendit in bonū que correspō-
det affirmatiōi ⁊ fuga que recedit a ma-
lo que correspondet negationi. Et quā
do illa sic cōcordāt vt qḋ rō vere affir-
mat appetit⁹ recte ꝓsequit et qḋ illa ne
gat ille fugit tūc est electio studiosa ⁊ bo
na: ⁊ sic bonū intellect⁹ practici nō ē ve
rū simpliciter sꝫ verū cōfesse id est cōfor-
miter se habens appetitui recto. Et in-

telligit hic cõformiter actiue ⁊ nõ passiue: q̄ intellectꝰ nõ cõformat appetitui: sed appetitꝰ ad hoc ꝙ sit rectꝰ debet cõformari recto dictamĩ rõnis. Bonũ aũt ⁊ malũ speculatiui intellectꝰ est verũ ⁊ falsum simpliciter. Patȝ itaq ꝙ opꝰ ꝓprium tã intellectꝰ practici q̃ speculatiui ẽ veritas ⁊ ĩ hoc conueniũt. Differũt aũt q̄ ĩtellectus speculatiuꝰ cõsistit ĩ cognitõne veritatis nõ aũt practicus: q̄ noticia practica ẽ directiua actus volũtatis tã eliciti ab ea q̃ etiã ĩpati. vnde practicũ dicit a praxis grecũ qd̓ est opatio latine. ¶ Deinde dicit aris. ꝙ p̃ncipiũ actꝰ ĩpati scȝ a volũtate est electio ipiꝰ volũtatis se determinãtis que q̃dẽ electio est p̃ncipiũ nõ cuiꝰ gratia. i. finale sȝ vnde motus id est p̃ncipiũ effectiuũ. Principiũ aũt electionis est ipa volũtas ⁊ rõ q̃ gratia alicuiꝰ. i. rõ practica que speculatur ꝓpter opari. Intellectꝰ eñ nõ quidẽ speculatiuꝰ sed practicus ⁊ volũtas sunt vnũ principiũ opabiliũ: vt dictũ est ix. metaphẏsice declarãdo quõ potẽtie rõnales sunt ad opposita. Ex hoc infert ꝙ electio nõ est sine intellectu ⁊ appetitu ac habitu morali q̄ bona actio nõ ẽ sine more id est sine habitu morali q̃ requiritur cũ volũtate vt ꝓmpte ⁊ delectabilit̄ eligat id qd̓ recta rõ dictat. ¶ Quia vo habitꝰ practicꝰ diuidit in actiuũ q̃ est directiuꝰ opationũ ĩmanẽtiũ cuiusmõi sũt actꝰ virtutũ: ⁊ in factiuũ q̃ est circa opationes trãseuntes: Ideo cõpat aris. mẽtẽ actiuã menti factiue dicẽs ꝙ mẽs ipa simpliciter sumpta sine appetitu cuiusmodi ẽ mẽs speculatiua nihil mouet ad ꝓsequẽdũ vel fugiendũ. sȝ mens practica: hec aũt practica actiua scȝ principatʳ menti factiue: factiua nãq subſuit actiue. Factiões eñ que sunt opatiões trãseuntes ordinant in actionẽ que est opatio ĩmanẽs sicut oĩa ordinant in vltimũ finẽ q̃ est virtuose ⁊ feliciter opari ⁊ sic actio ipa est finis. ¶ Infert vlteriꝰ aris. ex p̃dictis ꝙ electio est intellectꝰ appetitiuꝰ vel appetitꝰ intellectiuꝰ: ⁊ hec scd̓a ps disiunctiue est vera. Est eñ electio actio appetitus sm qd̓ dirigit ab intellectu. ¶ Cõsequenter dicit aris. ꝙ electio nõ est de p̃terito sed d̓ futuro: q̃ eñ vult operari nõ cõsiliat de p̃terito sȝ de futuro cõtingenti qd̓ nõdũ est factum. Illud autem qd̓ est factũ nõ ꝯtingit nõ fieri. i. nõ factum fuisse ꝓpter quod recte dicit agato ꝙ hoc solo priuat deus ingenita facere que facta sunt. i. facere vt illa q̃ facta sunt nõ fuerint facta. ¶ Cõcludit itaq aris. ex p̃dictis ꝙ veritas est opus tã intellectꝰ practici q̃ speculatiui lȝ aliter ⁊ aliter vt dictũ est. Ex quo infert ꝙ illi habitꝰ sunt virtutis vtriusq ꝑtis intellectꝰ sm quos cõtingit verũ dicere qd̓ est bonũ intellectiue ꝑtis. ¶ Circa tamen p̃dicta sciendum ꝙ scientificũ potest capi dupliciter: vno modo large alio modo stricte. Scientificũ large sumptũ sumit ꝓ intellectu inquãtũ versat circa necessaria siue illa ordinẽt ad scire siue ad operari ⁊ sic scientificum est in plus q̃ rõnatiuũ. Reperit eñ scientificũ hoc mõ sumptũ nõ solũ in intellectu vel habitu speculatiuo sed etiã in practico q̄ actus qui cõtingenter elicit necessario cõcludit sic debere elici vt recte eliciat sm scotũ in ꝓlogo primi sñiarũ vt theorica q̃ ẽ scientia practica dirigit ĩ dilectionẽ dei que potest cõtingenter elici q̄ possumꝰ deũ diligere vel nõ diligere. Ad hoc tñ vt ille actꝰ recte eliciat optet ꝙ deus diligat ꝓpter se ⁊ sup omnia qd̓ sic põt necessario cõcludi. Omne summũ bonũ est ꝓpter se ⁊ sup oĩa diligendũ. deus ẽ summũ bonũ: ǧ deus est ꝓpter se ⁊ sup omnia diligẽdus. Et hoc mõ habitꝰ practicus põt dici habitꝰ scientificꝰ. Rõnatiuũ aũt siue cõsiliatiuũ reperit solũ in habitu practico. Sciẽtificũ vero stricte sũptum ꝓ habitu speculatiuo qui ordinat ad scire ⁊ nõ ad opari nõ coincidit cũ rõnatiuo vel practico q̃ ordinat ad opari sȝ illa ex opposito distinguit. ¶ Notãdũ insup sm Sco. in ꝓlo. primi sentẽtiarũ ꝙ praxis a qua sciẽtia dicit practica ẽ actꝰ alterius potentie q̃ intellectus naturaliter posterior intellectione natus cõfor-

miter elici intellectioni recte ad hoc vt
sit rectus. Operatio em̄ a qua scīa dicit̃
practica est actus elicitus seu ꝓductus
a volūtate que est altera potētia ab ītel-
lectu vel act⁹ impat⁹ ab eadē sicut volū
tas impat pedibus vt gradiant̃ ⁊ hm̄oi
⁊ talis operatio est naturaliter posterior
intellectione. Actus em̄ voluntatis seq̄
tur actū intellectus q̄ꝛ ƒꝫ Aug⁹. nihil ē
volitū nisi prius cognitū. Talis etiam
actus est nat⁹ cōformiter elici intellecti-
oni recte ad hoc vt sit rectus. Operatio
em̄ que dicit̃ praxis pōt recte ⁊ nō recte
elici siue bene ⁊ male fieri respectu cui⁹
ponat̃ noticia practica directiua. Ad h°
aūt vt recte eliciat̃ oportet ꝙ conformet̃
dictamine recte ratiōis De hac materia
satis patet primo ⁊ sexto metaphisice
ideo transeo.

Unt vtiqꝫ   Ca. II

¶ Supra egit aris. de virtute ī-
tellectuali in generali: hic āt in
speciali diuidendo ipām in q̄nqꝫ mem-
bra scꝫ scīam: artē prudentiā: intellectū:
⁊ sapientiā. Ut em̄ habit⁹ cū sint habit⁹
veridici siue ƒm quos aīa dicit verū de-
bent poni virtutes intellectuales cū ve-
ritas sit bonū intellectiue ꝑtis ex cap̄lo
p̄cedenti nō sic de opinione ⁊ suspitiōe
q̄ꝛ ƒm tales habitus nos cōtingit dicere
falsum. Unde ꝑ opinionē que general̄r
ꝑ syllogismū dyaleticū fit adhereo vni
ꝑti cū formidine de opposito. ¶ Et prīo
de scientia inquirēdo ei⁹ obiectū dicens
ꝙ cū opteat eū qui adgenerat sibi vel al
teri scīam certificare se vel alterū ⁊ nō se
qui solas similitudines que ꝓbabilita-
tē ⁊ nō certitudinē inducāt q̄ꝛ oēs q̄ esti-
mam⁹ nos aliquid simpliciter scire su-
spicamur id q̄ꝺ scim⁹ nō cōtingere ⁊ nō
posse se aliter habere: Sequit̃ ꝙ oē sci-
bile est necessariū ⁊ eternum ingenitū ⁊
incorruptibile. ¶ Circa q̄ꝺ notandū ꝙ
eternū vel necessariū sumit̃ dupliciter. s.
ꝓprie ⁊ similitudinarie. Eternū ꝓprie
dicit̃ q̄ꝺ habet existentiā sine p̄ncipio et
sine fine: ⁊ hoc modo sol⁹ deus est eter-
n⁹ ⁊ sic nō sumit̃ in ꝓposito q̄ꝛ nō solum
habem⁹ scīam de deo sꝫ etiā de naturis
rerū creaturaꝝ. eternū vero similitudīa
rie dicit̃ q̄ꝺ īmutabiliter est verū ⁊ sic oē
scibile est eternū ⁊ necessariū q̄ꝛ nō solū
de deo est sed etiā de creaturis formant̃
rōnes ⁊ ꝓpositiones īmutabilis verita-
tis que q̄dē nō sunt necessarie ī essendo
sed in significando ꝓpter necessariā ha-
bitudinē p̄dicati cū subiecto. Illud etiā
de quo habetur scientia dicit̃ ingeītū et
incorruptibile q̄ꝛ est de q̄dditatib⁹ reruꝫ
que abstrahunt ab existētia actuali quā-
tū ē de se ⁊ iō ꝑ se sunt ingenite ⁊ incor-
ruptibiles lꝫ ꝑ accidēs corrūpant̃ ⁊ ge-
nerent̃ ad generationē ⁊ corruptionem
singulariū in q̄b⁹ existunt. ¶ Tradit cō
sequēter arist. originē scīe dicēs ꝙ scīa
habet̃ ex p̄cognitis. est aūt scīa habitus
demōstratiu⁹ ꝑ demōstrationē acq̄situs
Procedit aūt demōstratio ex p̄mis scꝫ
ex p̄ncipijs seu ꝓpositionib⁹ īmediatis ⁊
ꝑ se notis vt habet̃ in lib. posterioꝝ que
sunt priores ⁊ notiores ꝯcl̄one causeqꝫ
ip̄i⁹ ꝯclusionis. ¶ Alteri⁹ agit aris. ꝺ ar
te. ē aūt ars circa cōtingētia ꝑ q̄ꝺ differt
a scīa q̄ est circa necessaria que non diri-
gūt in opationē cōtingēt̃ eliciendā Cō-
tingentiū aūt quedā sunt factibilia ⁊ q̄-
dam agibilia. et differūt factibile ⁊ agi-
bile ƒm dr̄am q̄ est īter factionē q̄ ē opa
tio trāsiēs ⁊ actionē q̄ ē opatio īminens
de q̄bus tertio phoꝝ. Dicit igit̃ aris. ꝙ
ars est habit⁹ factiu⁹ cū rōne vera q̄ꝛ ē
veridice directiu⁹ circa opationes tran
seuntes sicut ars edificatoria dirigit ad
domoꝝ cōstructionē: ⁊ ꝑ hoc differt ars
a prudētia q̄ est circa agibilia vt statim
dicet̃. Differt aūt ars a nā q̄ꝛ nā ē p̄nci-
piū ī eo in q̄ ē: ars aūt ē p̄ncipiū motus
nō ī opante sꝫ in opato formā ī mām in
ducēdo. ¶ Notādū tn̄ ꝙ lꝫ ars ꝓprie sū
pta eo mō quo sumit̃ hic nō ē scīa sꝫ ars
habit⁹ practic⁹ ⁊ scīa habit⁹ speculati-
u⁹: Ars tn̄ large sūpta vt sumit̃ a tulio ī
sua rethorica que est collectio multoruꝫ
p̄ceptoꝝ seu regularū ad eūdē finē ten-
dētiū bene est scīa hoc mō cū se extēdit

ad habitꝰ practicū ⁊ speculatiuū. ¶ Cō
sequenter determinat aris. de prudētia
Circa qđ p̄mittit ꝙ ille dicit prudēs q̄
bene pōt cōsiliari circa totū bene viuere
hominis. Cōsiliū aūt est đ cōtingentibꝰ
que sunt in potestate nostra. Ex quo se-
quit ꝙ prudentia nō est scia que ē circa
necessaria nō est etiā prudētia ars quia
ars ordinat ad factū ⁊ prudētia ad actio
nē que sunt adinuicē dr̄a: qđ ꝓbat quia
aliq̄d aliud a factione est finis eiꝰ qꝛ scꝫ
factio ē ad aliquē terminū ꝓductū ī pas
so. ⁊ ideo dicit actio trāsiens sicut ꝑ edi
ficationē ꝓducit domꝰ: sed actionis nō
semꝑ finis aliq̄d ad alterū ab ip̄a. nō ei
est necessario ad aliquez terminū ꝓdu-
ctū ⁊ iō dicit actio īmanēs. Ex his ꝯclu
dit aris. ꝙ prudētia ē habitꝰ electiuꝰ cū
rōne vera circa hoīs bona ⁊ mala. Dici
tur autē habitꝰ actiuꝰ qꝛ est habitꝰ dire
rectiuꝰ ẜm dictamē recte rationis circa
oꝑationes immanentes cuiusmodi sunt
oꝑationes virtutū que maxime cōsistūt
in oꝑatione voluntatis in qua principa-
liter cōsistit bonitas ⁊ malicia moralis.
Teste eñ Augꝰ. peccatū adeo est volū
tariū ꝙ si nō esset volūtariū nō eēt pec-
catū. ¶ Deinde dicit aris. ꝙ tꝑantia sal-
uat ꝓudētialē estimationē quā intꝑan
tia corrūpit. Delectabile eī amatū ⁊ tri-
ste oditū licet nō corrūpūt estimationem
que neqꝫ habet ordinē ad ip̄am vt ꝙ tri
angulus hꝫ tres angulos equales duo-
bꝰ rectis corrūpunt tñ eā que est circa
oꝑabile. Cuiꝰ ratio est qꝛ p̄ncipia rōnū
que fiunt de oꝑabilibus sumunt a fine
cuiꝰ gratia sunt oꝑanda. intellectui aūt
quo ad iudiciū corrupto ꝑ delectationē
vel tristiciā nō apparebit cōfestim p̄nci-
piū sumēdū ex fine nec appebit ꝙ opor
teat gratia huiꝰ finis elicere et operari
vt declarabit in fine huiꝰ libri. ¶ Insu-
per cōpat prudētiā ad artē dicens ꝙ il-
le qui peccat circa artem volēs ⁊ sponte
eligibilior est illo q̄ peccat nolēs ⁊ inui-
te qꝛ iste peccat ex defectu artis. p̄mꝰ āt
nō: ⁊ ideo iste est deterior artifex. circa
prudentiā vero est ecōuerso. Nā qui pec
cat in moralibꝰ ex ignorātia vel inuite ē
dignꝰ venia. Qui ꝟo volūtarie peccat
ē puniendus. est etiā prudētia virtus q̄
dā ⁊ nō ars qꝛ scꝫ prudētia nō solū ē vir
tus intellectualis sicut ars sed etiā mo-
ralis inquātū dirigit in oꝑationes virtu
tū moraliū. ¶ Deinde dicit ꝙ lꝫ subie-
ctū prudentie sit ꝑs anime oꝑatiua q̄ est
circa cōtingens nō tñ est solū cū rōne qꝛ
cuiuslibet habitꝰ qui est solū cū rōne po
test esse obliuio sed prudentie nō potest
esse obliuio igit nō est solū cū rōne sꝫ eti
am cū appetitu. ¶ Ad euidentiā p̄dicto
rū notandū ꝙ habitꝰ dat obliuioni ꝓ-
pter otiū vel cessationē ab oꝑe talis ha-
bitus. Talis aūt cessatio nō pōt suꝑue-
nire prudētie cū ꝑ ip̄am tota vita huma
na regi habeat. et iō priꝰ corrūpit prudē
tia ꝑ īprudentiā ꝙ suꝑueniat obliuio ꝑ
cessationē. Et loquit aris. hic de prudē-
tia in genere sumpta siue in vl'i respectu
omnis virtutis que nō pōt esse in intel-
lectu sine virtute morali in appetitu vt ī
sequentibus videbit. ¶ Notandū insu-
per ꝙ vt ibi dicet in omni virtute mora
li requirit prudentia in intellectu regu
latiua ⁊ habitꝰ virtutis in voluntate vt
ꝓmpte ⁊ faciliter eligat id qđ ratio re-
cta dictat ⁊ determinat esse eligendum.
Habitus aūt virtutis generalit ex freq̄n
tibꝰ electionibꝰ vt habitus castitatis ex
frequenter eligere cōtinere. Prudentia
vero generat ex frequētibꝰ dictaminibꝰ
id est ex frequēter determīate app̄hen-
dere hoc esse agendū. lꝫ aūt scientia mo-
ralis sit habitus actiuꝰ cū rōne vera si-
cut prudentia tñ in hoc differūt ẜm sco.
in ꝓlo. p̄mi sñiarū ꝙ sicut ars se habet
circa factibilia ad habitū exꝑti ita se hꝫ
sciētia moralis circa agibilia ad habitū
prudentie qꝛ habitus artis et scie mora
lis quasi sunt remoti ad agendū qꝛ vl'es
sed habitꝰ prudentie ⁊ exꝑti qꝛ geniti
sunt ex actibus sunt particulares ⁊ pro-
pinqui ad dirigendū. ¶ Agit vlterius
aris. đ ītellectu. ē aūt intellectꝰ habitꝰ
p̄ncipiorum syllogismi đmōstratiui ꝑ quē
adgenerat scientia qđ sic ꝓbat aris. qꝛ

habitus principiorum est vel scientia vł ars vel prudẽtia vel sapiẽtia vel intellectus Sed non est scientia: qꝛ omne scibile est demõstrabile. Principiũ autẽ demonstratõis non est demõstratio qꝛ tunc esset ꝓcessus in infinitũ: ex p̃mo posteriorũ. Q̃ etiã nõ sit ars nec prudentia probat qꝛ illa sũt circa cõtingẽtia: principiũ aũt demõstratõis ẽ necessariũ p̃mo post. Q̃ etiã nõ sit sapientia ꝓbat: qꝛ ad sapientẽ ptinet vt habeat demõstratõem de primis causis entiũ. Reliquit igit ꝙ habitus principioꝝ sit intellectus nõ q̃dez ꝓut intellectus est quedã potẽtia anime sed talis cognitio dicit intellectus eo ꝙ intellectus statim assentit principijs cognitis termĩs Licet aũt alique ꝓpositões contingentes sint p se note et inmediate: vt volũtas vult calidum calefacit: ꝛ sic de alijs: et cognitio taliũ p̃ncipiorũ large posset dici intellectus non tñ proprie: qꝛ vt patet ex p̃cedeñ. intellectus ĩ ꝓposito dicit habitus principioꝝ demõstratõis que sũt necessaria. Premisse nã ꝗ syllogismi demõstratiui dñt eẽ necesse: ex primo pos. licet enĩ cõclusio necessaria bñ syllogiset ex p̃missis nõ necessarijs sicut verũ ex falsis nõ tñ demõstratiue. ¶ Demũ tractat aristo. de sapientia: Circa quod p̃mo dicit ꝙ sapientia accipitur dupliciter: Uno mõ ꝓ vltima pfectione cuiuslibet artis: et sic sapientia dꝛ ꝟtus artis. i. vltimũ de potentia in adipiscendo et attingendo certitudinẽ artꝭ ĩ sũmo: ꝛ hoc mõ nõ dꝛ aliquis sapiens simpliciter sed pticulariter puta sapiens latomus vel barbitonsor: et sic nõ sumit in ꝓposito sed sumit ꝓ noticia specłatĩa primarũ causarũ et principioꝝ omniũ entiũ cuiusmodi est habitus metaphẽ que est circa p̃ma p̃ncipia entium siue incõplexa vt sũt deus et intelligentie siue cõplexa vt sũt cõia principia de quibus ait metaphisica rões terminoꝝ notificãdo vt quid est totum q̃d est pars ꝛ sic de alijs: vt dictum est quarto meta. ꝛ talis habitus facit hoĩem simpliciter sapientez. cuius ẽ oĩa scire in vniuersali scꝫ ꝛ s̃m rõem entis: t vhabetur primo metaphi. Est aũt sapiẽtia certissima vt dcm̃ ẽ ibidẽ prĩo qꝛ tractat de cõmissiuis. vñ sic sapientia pticulariter sumpta est cognitõ certissima in qualibet arte pticulari: ita q̃ ẽ simpliciter sapientia ẽ maxime certitudinis. Certitudo etiã sapienlie patet scdõ ex hoc qꝛ est circa primas causas q̃ de natura sua sũt pfectissime cognoscibiles. Ex p̃dictis infert ꝙ cũ sapientis non sit solum scire conclusiones que oriunt ex principijs sed etiã ipsa principia sequit ꝙ sapientia est intellectus et scientia: et sic sapientia quodãmodo vtrunqꝫ includit. Differt tamẽ sapiẽtia a sciẽtia quia sapientia est circa causas altissimas non sic scientia. Differt aũt ab intellectu: qꝛ licet inquirat de coĩbus principijs nõ tñ de proprijs principijs sciẽtiaruꝫ pticulariũ. Infert cõsequẽter aristo. ꝙ sapĩa est caput omniũ habituũ intellectualiuꝫ cũ sit circa optima et nobilissima entia cuiusmodi sũt deus ꝛ intelligentie. Unde dicit ꝙ inconueniens ẽ ꝙ si q̃s existimet sciãm pollliticã vel prudẽtiã eẽ nobilissimam cũ hoc circa cuius cõsiderationem versat non sit optimũ et nobilissimũ oĩm entiũ: qꝛ igitur habitus q̃ ẽ de honorabilissimo subiecto est nobilius ex primo de anima sequit ꝙ sapientia erit habitꝰ nobilissimus inter habitus intellectuales. ¶ Deinde dicit sapĩam differre a prudẽtia qꝛ sapĩa est circa vniuersalia: prudentia aũt cũ sit actiua non ẽ solũ circa vniuersalia sed etiam circa singularia circa q̃ sũt actõnes. Unde si aliquis medicus sciat in vniuersali ꝙ carnes leues sũt sane et digestibiles talis non inducit sanitatẽ ex illa vniuersali noticia sed is qui scit in pticulari carnes volatilium eẽ lenes et sanas de facili sanitatem inducꝫ.

Rit. Capitu. III.

¶ Postꝙ. p. in p̃cedeñ. detmĩnauit de quinqꝫ habitibꝰ intellectualibus: hic cõsequẽter detmĩat de ptibus prudẽtie. Et primo de eius ptibꝰ subiectiuis que sꝫ prudẽtia politica que

ordinat hoiem ad bonuz cōe ciuitatis et prudentia yconomica q̄ ordinat ad bonū cōe domus vel familie ꝛ prudētia q̄ ordi nat ad bonū ꝓpꝛium q̄ retinet nomē com mune qꝛ tal' manifeste videt̄ esse pruden tia ꝛ pōt dici prudentia ꝑsonalis vel mo nastica: Dicit autē ꝙ politica et pruden tia sūt idē habitus licet ipsis non sit idez esse hoc cōitez exponitur non ꝙ politica sit idem habit⁹ ꝯm substantiā cuiuslibet prudentie q̄ ordinat̄ ad bonū cōe sed pru dentie que ordinat̄ ad bonū que est idem habitus cū pollitica ꝯm rem ſ3 dr̄ūt ꝯm rōem: qꝛ ille habitus dicitur prudentia ꝓut ē recta rō rerū agibiliū: ꝛ dr̄ politica sc3 in ordine ad bonū cōe. ¶ Deinde di uidit prudentiam politicā in duas ꝑtes sc3 in architectoricam que dicit̄ legispo sitiua: que sc3 ꝑficit et reddit principem bonū ꝑ quam ꝯm rectā rōem ponit leges bene viuēdi cū ciuibus sicut architector ponit leges opandi suis manuartificib⁹. Alia ē prudētia q̄ est legis executiue cir ca negotia ciuitatis q̄ a ciuitate dr̄ politi ca vel ciuilis. Ad hāc ꝑtinet snīa que ē applicatio rōis vlis ad aliō ꝑticulare ope rabile tales aūt leges positas in ciuitati bus exequeñ. dr̄ ciuiliter conuersari. ¶ Deinde dicit arist. ꝙ prudētia ē consi liatiua seu inquisitiua ꝛ indicatiua ꝯm ꝙ sumūtur due ꝑtes prudētie sc3 eubolia q̄ ꝑtinet ad cōsiliū et sinesis que ꝑtinet ad iu diciū. ¶ Cōsequēter excludit quendā er rorē ꝓuenientē ex opinione eoꝝ q̄ inor dinatū amorē hn̄t ad seipsos ꝛ ex hoc exi stimant ꝙ illi soli sint prudētes q̄ ꝓpꝛijs negotijs intendūt dicētes politicos non esse prudētes ſ3 supuacuis rebus intēdē tes et aliq̄d opantes plus q̄ ad eos spe ctet: hunc errorē excludit aris. dicēs ꝙ ꝓ priū bonū vniuscuiusq3 singularis ꝑsone nō pt esse sine recta dispensatōne domus seu vrbanitate seu recta dispensatōe ciui tatis sicut nec bonū ꝑtis sine bono totius et sic intendētes bono cōi ꝓpꝛio bono i tēdūt. ¶ Alteri⁹ māifestat q̄dā q̄d supra dictum ē sc3 ꝙ pruden tia nō solum ē cir ca vlia sed etiā circa singularia dicens ꝙ signū huius ē qꝛ iuuenes faciliter pn̄t ef fici mathematici nō aūt prudentes: quia prudentia ē circa singularia q̄ cogñscūtur ꝑ expiētiā ad quā requirit̄ tpis longitu do cuiusmodi sūt actus humani quorum nō hn̄t iuuenes expientiam. Sic etiā di cit ꝙ citius pn̄t effici mathēatici q̄ phi sici vel sapientes vl' metaphisici. Cuius causa est qꝛ mathematicalia nō transcen dūt imaginatōem nec req̄rūt expientiam Phisicalia aūt licet nō excedāt sensuz ꝛ imaginatōem requirūt tñ experientiam. cū nō abstrahāt a motu ꝛ mā sensibili sic̄ mālia. experiētia aūt ē sēsibiliū: ꝛ idō di cit aris. ꝙ principia materialia coguoscūt̄ ꝑ expientiā: Methaphisicalia vero tran scēdūt sēsū ꝛ imaginatōez ꝛ req̄rūt vali dū intellectū. vnde dicit ꝙ iuuenes hec sc3 metaphicalia non credūt id est nō at tingunt mente: licet ea dicant esse. Ex q̄ patēter innuit̄ ꝙ habita logica q̄ docet modū sciēdi pꝛīmo iuuenes sūt inbuendi ī mathematica: deinde in phīca. quarto ī ethica. et postmodū in metaphisica.

¶ Probat vlterius prudētiam esse circa singularia ex hoc ꝙ est habitus consilia tiuus. In cōsiliādo aūt ꝯtingit dupliciter peccare: vno mō circa vl'e vbi fūdat̄ ma ior sylogismi practici: vt dicendo omnes aque ponderose sūt praue. Alio mō cir ca singulare vbi fūdat̄ minor, puta aqua hui⁹ fontis ē pōderosa. Est igit̄ pruden tia alio mō singulare q̄ ē extrēuz opabi le qꝛ ad ipa singularia q̄ sūt circa opatōs applicat prudēs vlia principia agēdoꝝ.

Oportet. Capl'm. IIII.

¶ Supra determinauit arist. de ꝑtibus subiectis prudētie: hꝛ de termīat de eubulia sinesi ꝛ gnome q̄ pos sūt dici ꝑtes q̄si integ'les prudē tie qꝛ ha bēt quādā similitudinē cū ꝑtib⁹ integra libus inq̄tū req̄rūt ad ꝑfectū actū prudē tie. est enī prudētia cōsiliatiua et iudica tiua. eubulia aūt ꝑtinet ad cōsiliū. Sine sis xō ꝛ gnome ꝑtinēt ad iudiciū. Pn̄t etiā dici ꝑtes potētiales prudētie qꝛ nō attingūt ad completā rōem prudentie cu

ius est non tm̄ consiliari et iudicare sed etiam pcipe. vt infra videbitur licet con currāt ad quosdā eius actus secūdarios. Dicit aūt arist. ꝙ eubulia nō ē scientia: qꝫ habētes sciam nō iā querūt de illis q̄ sciunt. eubulia aūt cū sit quoddā cōsiliū est cū inquisitōne. Omne eni cōsiliū ē cū inqsitōe: oīe em̄ cōsilium est questio q̄dam ꝛ non econuerso.

¶ Deinde ōndit ꝙ eubulia non ē eustochia nec solercia: Circa qd̄ notādū ꝙ solercia vel eustochia est quedā abilitꝰ ad velociter inueniēdū mediū ad cōclōem ī ferēdā. Solertia dr̄ tm̄ generalit̄ ī omni mat̄ia. eustochia vo ī mā morali. Unde dicit aris. ꝙ eustochia ē qdā solercia. Qꝫ aūt eubulia nō sit eustochia pbat qꝛ eustochia ē cōiecturatio velox ꝛ sine inquisitione rōis. eubulia vo ē cōsiliatio cum inqsitōe. Ad bn̄ nanqꝫ cōsiliandū nō solū reqrit̄ excogitatio eoꝝ que sūt ad finē sed reqrit̄ tempꝰ cōgruū: vt vicꝫ hō nec sit nimis velox vel pcipitans nec nimis tardus in cōsilijs.

Ulterius dicit ꝙ eubulia non est opinio quia opinio licet non sit certa: determinat se tamen ad vnam partem. eubulia vero ad nullam partem declinat. Opinio autem est alicuiꝰ enūciatio. ebulia aūt nō ē enūciatio sꝫ inqsitio. Quia vo ille q̄ male consiliat̄ dr̄ peccare ī ɔsiliando: q̄ aūt bn̄ consiliat̄ dr̄ recte cōsiliari: ꝛ talis ē eubulus ideo eubulia ē rectitudo qdā cōsilij. Qn̄ dr̄ ab eu qd̄ ē bonū ꝛ bolis qd̄ ē ɔsiluꝫ. et sic ad pfecte sciēdū qd ē ebulia oportꝫ scire qd ē cōsiliū ꝛ circa qd sit: de quo dictum est in tertio. ¶ Deinde dicit ꝙ eubulia non est rectitudo consilij proprie sumpta que scꝫ ē in malū finē sicut incōtinēs dicit̄ recte cōsiliari qn̄ p suā rōem inuenit viam efficaciter ducentem ī finē malum puta adulterium. est etiā ebulia rectitudo cōsilij in finē bonū p viam bonam sicut eni nō recte syllogizaret qui concluderet sic non est ebulia s̄m quam cōclusionem veram p falsum syllogismum aliqs adipiscit̄ finē quē nō optet et nō p viā p quā optet puta si qs furet̄ vt pauperi subueniat. Cunqꝫ prudentis sit bene cōsiliari optet ꝙ eubulia simplicit̄ dicta sit rectitudo consilij in ordine ad illū finē circa quā verā estimatōnem hꝫ prudentia simplicit̄ dicta que ē circa totum bn̄ viuere hois. Illa eni q̄ dirigit ad aliquē finē pticularē nō est ebulia simpliciter dicta sed eubulia quedam. ¶ Ex predictis patet ꝙ eubulia ē rectitudo cōsilij ad finē bonū simplr̄ p vias cōgregans et tpe ɔnti. Determinat ɔsequēter aris. de sinesi circa qd̄ dicit ꝙ sinesꝰ s̄m quā dicimus aliquos esse sinetos. i. sensatos nō est totaliter idem ꝙ scientia vel opīo qꝛ cum nullus scit qui non habeat scientiā vel opinionem si sinesꝰ esset scientia vel opinio tunc oēs homines essent sensati: quod patet esse falsum. ¶ Deinde cōparat sinesim ad prudentiam dicens ꝙ licet sint circa ideꝫ qꝛ vtraqꝫ est circa cōsiliatiua: differunt tamē qꝛ sinesꝰ est soluꝫ iudicatiua prudentia vero est preceptiua

Ad cuius euidentiā notādū ꝙ vt dcm̄ est in preceden̄. Prudentia ē recta ratio reruꝫ agibilium. Qn̄ oportet ꝙ ille sit precipuus actus prudētie q̄ est actus pcipuꝰ rōis agibiliū. Circa quod sunt tres actus quorum primus est consiliari quod pertinet ad inuentionē. Nā consiliari est querere: vt supra habitum est. Secūdus actus ē iudicare de medijs inuentis an scꝫ sint vtilia ad vltimum finem consequendum et qd̄ illoꝝ sit vtilius. Tertius actus est precipere qui q̄dem actus consistit in applicatione consiliatorum et iudicatorum ad operanduꝫ et hic est principalis actus prudentie. Unde dicit Aristotiles ꝙ prudentia est preceptiua vt procedatur ad actuꝫ: quia finis eius est determinare quid oportet agere vel non. Consiliari autē quod ptinet ad ebuliam et iudicare quod pertinet ad sinesim sunt actus secundarij prudentie. Exemplum: vt aliquis potest p ebuliam inquirere et per sinesim iudicare ꝙ homines ad consecutionem vltimi

finis debent ab illicitis voluptatibꝰ ab
stinere. Et demum intellectus prudētis
hanc cognitōem ad opus applicando ꝓ-
cipit volūtati fugā voluptatū et ꝓsecuti
onē virtutū: et sic regulat volūtatē dictā
do seu determinādo ꝙ optet eā sic opari
si finē vltimū velit cōsequi. Istud aūt ꝓ-
cipe ē stimulare volūtatē ad bonū quod
a theologicis vocatur sinderizare. ¶ Est
enī sinderisis habitus principioꝝ practi
coꝝ in intellectu vt puta deo ē obedien
dum: ꝓximo non est iniuste nocendū: vt
dictum est in ꝑcedentibus. Intellectus
igitur prudentis applicando huiusmōi
principia ad ꝑticulare agibile stimulat
volūtatē ad bonū et facit eā remurmura
re contra malum. Per predicta autē nō
potest concludi intellectum esse nobilio
rem volūtate qꝛ intellectus nō absolute
ꝑcipit volūtati cum volūtas sit libera et
possit nō agere sed ꝑcipit ꝑ modum cau
se subseruientis ipsam voluntatē dirigē
do sicut puer lumis portitor dn̄o suo sub
seruit. Econtra aūt voluntas absolute ꝑ
cipit intellectui vt ītelligat ꝑ modū cau
se superioris ita ꝙ non potest intellectꝰ re
sistere voluntati. Unde patet voluntatē
nobiliorem esse ītellectu. Hinc est ꝙ ha
bitu charitatis informat̄ que alijs ꝟtuti
bus supeminet. ¶ Agit vlterius aristo.
de gnome que est rectitudo iudicij ī his
in quibus optet a cōmuni lege recedere
Ad cuius euidentiam sciendū ꝙ sicut in
appetitu humano debet eē iusticia ꝗ dr
iusticia cōis ꝗ̄ ē iuris cōmunis electiua.
qđ q̄dē ius dicit̄ ius legale ⁊ habet locū
vt in pluribus licet deficiat in quibusdā
paucis casibus ⁊ cum hoc debet esse alia
iusticia iuris singularis ⁊ epieykes ele-
ctiua qđ est directiuū iuris legalis: ⁊ illa
ꝟtus dicitur epikeia: vt dictuꝫ est in. v.
huius: Sic etiaꝫ in intellectu est quedā
noticia iuris communis discretiua que
dicitur Sinesꝭ habens locum vt in plu-
ribus: ⁊ cuꝫ hac est alia noticia iuris epi
eikes et singularis discretiua que dicit̄
gnome habens locum in paucioribus.
¶ Deinde compat aristotiles habitꝰ pre

dictos adinuicē dicens ꝙ om̄es habitus
ꝑfati sūt in idem tendentes. Om̄es eīm
tendunt circa singularia extrema et sin-
gularia operabilia. Eubulia inquirēdo
sinesꝭ ⁊ gnome iudicando et prudentie ꝑ
cipiendo. Ideꝫ etiam dicit de intellectu
qꝛ si est extremoꝝ in vtraqꝫ ꝑte accipien-
do extrema siue in sursum ascendendo vt
sunt vniuersalia siue deorsum vt sūt sin-
gularia. Extrema quidem vltima sūt ꝓ
positiōes prime et inmediate ꝗ cognoscū
tur cognitis termīs quarū quedā sunt ꝺ
necessarijs vt in scientijs speculatiuis ⁊
quedā de contingentibus vt in practicis
qꝛ intellectus ē extremoꝝ siue vniuersa
lium siue singularium. ex hoc infert aris:
ꝙ est principiū et finis ⁊ loq̄tur de intel
lectu practico ꝓcedendo enī ab vniuer-
salibus ad singularia intellectus vniuer
salium est principium et intellectus sin-
gularium est finis. et hic ꝓcessus est cuꝫ
descendimus a principijs moralis scien
tie ad opera prudentie ꝑ syllogismū pru
dentialem in quo etiam minor est singu
laris. Procedēdo vero a singularibus
ad vniuersalia intellectus singulariuꝫ ē
principium et intellectus vniuersalium
est finis. et hic processus est cum colligi-
mus principia moralis scientie ex expe-
rientia opm humanorum. Unde dt aris.
ꝙ oportet bene opantem habere sensuꝫ
singularium: hic autem sensus est in tel-
lectiuus a quo homines dicūtur sensati:
de quo dicit Augꝰ. xj. de ciuita. dei: ꝙ
animus rectissime dicitur sensus. vel po
test sensus sumi pro vi cogitatiua que di
citur vis experimentatiua ꝗ ab Aris. vo
catur intellectus passiuꝰ in li. de anima.
Dicitur etiā rō ꝑticularis qꝛ ē collatiua
intentionum indiuidualium. ¶ Demuꝫ
dicit arist. quoddaꝫ documentum dicēs
ꝙ in disciplina moralium non minꝰ opor-
tet attendere ad opera virorum seniorū
et expertorum ꝙ ad determinatōnes sco
lasticorum: quia enī ex longa tpm expe-
rientia habent visum intellectualem seu
rectum iudicium de operibus humanis
ideo optime vident principia ⁊ regulas

actuum humanorum. ¶ Ad euidentiam
predictorum notandū ꝙ eubulia sinesis ⁊
⁊ gnomi ponūtur a quibusdam habitus
distincti a prudentia: ꝓ qua opinione fa
cit illud qđ dicit aristo. ꝙ sūt habitus in
idem tendentes. Alij vero dicūt ꝙ pōe
re tot habitus videtur superfluum cum
consiliari qđ ptinet ad eubuliam ⁊ iudi=
care qđ ptinet ad sinesiz ⁊ gnome sint ac
tus prudentie q̄ est habitus consiliatiu⁹
et iudicatiuus ſm aristo. vt dcm̄ est in p̄
cedentibus. Dicūtur aūt esse habitus qꝛ
sunt quedā abilitates naturales dicente
Aris. ꝙ naturalia videntur esse hec sed
ꝙ videmus esse aliquos naturaliter ap=
tos esse ad recte consiliandū alios ad iu=
dicandū alios vero ad precipiendū sibi ⁊
alijs que quidez abilitates naturales ha
bent cōplemētū ab habitū prudētie incli
nāte ītellectū ad hmōi actus q̄ q̄dem vt
disponit ad omnia opa p̄dicta dicit̄ pru=
dentia. Ad hos tres modos actus pru=
dentie pn̄t reduci ptes prudentie q̄ a qui
busdam varie assignant̄. A Tullio eniz
ponūtur memoria intelligētia et pruden
tia. A macrobio aūt ponūtur ratio intel=
lectus circumspectō ꝓuidētia docilitas
et caucio. Ab alijs v̄o solercia seu eusto
chia. Ad p̄mum enī actum prudētie pti
net q̄ est consiliari eustochia docilis̄ me=
moria et ratio. Cōsiliari nanqꝫ est q̄dd̄a
querere. Ad bene aūt querere requirit̄
ptās inueniendi que si habeatur ex pro=
pria sagacitate potest dici solercia vel eu
stochia que licet ꝓprie sumēdo termīos
dr̄ūt ab inuicē et ab ebulia vt dcm̄ ē in p̄
cedentibus: large tamē pn̄t sumi ꝓ eo=
dem scʒ ꝓ idoneitate inueniendi mediū
in agibilibus. Si v̄o habeatur p alienā
eruditionez p̄supponitur docilitas: vt. s.
homo sit bn̄ susceptibilis discipline do=
cumēta alioꝝ nō cōtemnēdo. Requirit̄
etiā retentio inuentoꝝ ad qđ facit memo
ria ac collatio inuentoꝝ in inquisitōe cō
silij ex quibusdam ad alia ꝓcedendo qđ
est ratōis opus. ¶ Ad secundū v̄o actū
prudentie q̄ est recte iudicare ptinet in=
tellectus seu intelligētia que ē sana esti
matio finis ꝓpter quem optet ħ et nunc
opari a quo quidē fine sumūtur pricipia
ad ea q̄ sūt ad finē. Requiritur etiam cir
cumscriptio omniū circumstantiarū que
debentur opinioni. Secūdo requiritur
cautio seu cautela que est discretio bono
rum ⁊ maloꝝ possibiliū euenire actui seu
opationi. ¶ Ad tercium aūt actum pru=
dentie qui est precipe ptinet ꝓuidentia
p quā aliud futurū ꝓspicitur vt caueat̄
vel effectui mancipetur. Est eī causa ap
plicandi ad opus consiliata ⁊ iudicata.
¶ Numerantur etiā a quodam int̄ ptes
prudentie dialetica rethorica et phisica.
quod a beato thoma dupliciter exponit̄
Uno mō ꝙ ibi sumitur prudentia large
ſm ꝙ includit sciam speclatiam: ⁊ sic p=
tes ei⁹ ponūtur dialetica rethorica ⁊ phi
sica ſm tres modos ꝓcedendi in sciētijs
quoꝝ vnus ē p demōstratōem ad sciam
causandam ⁊ ptinet ad phisicam: vt sub
phisica intelligūtur omnes sciētie demō
stratiue. Alius modus ē ex ꝓbabilibus
ad opinionē faciendaʒ quod pertinet ad
dialeticam. Tertius modus est ex q̄bus
dam coniecturis ad suspicionem inducē
dam vel aliqualiter p̄suadendum: ⁊ pti=
net ad rethoricam. Alio mō exponit̄ su=
mendo experientiaʒ proprie ad quā hec
tria ptinent inquantum ratiocinat̄ inter
dum ex necessarijs ex ꝓbabilibus ⁊ int̄=
dum ex quibusdam coniecturis.

Ubitauit. Ca. V.

¶ In p̄cedentibus determīauit
aristo. de ptibus prudentie ⁊ ei⁹
connexione: hic cōsequēter determinat
de vtilitate sapientie et prudētie et eius
connexione cuʒ virtutibus moralibus.
Utilitatē aūt sapiētie et prudentie osten
dit remouēdo dubitatōem que cōmunit̄
ex rationibus aliquoꝝ oritur dicentium
istas v̄tutes esse inutiles ad felicitatem.
Quod sic probant primo de sapientia:
Felicitas est operatio ſm virtutem: illa
ergo virtus que non est consideratiua ali
cuius humane operatōnis inutilis ē ad
felicitatem. talis autem ē sapientia: cōsi=
derat enī causas altissimas ⁊ pricipia p̄=

ma circa que nulla opatio videt esse: er-
go sapientia est inutilis homini. Secun
do pbāt hoc de prudentia qz habitꝰ ad
bñ opari vtilis reddit nos bñ opatiuos
prudētia aūt nō est hmōi qz hō opat ope
ra vtuosa ex eo ꝙ habz habitum virtu-
tis ꝛ nō qz cogscit illa. prudētia aūt solū
cognoscit opabilia: ergo prudentia nō ē
vtilis ad bñ opari. ¶ Has rōnes soluit
aristo pmo genaralit dicēs ꝙ sapientia
ꝛ prudentia sūt vtiles posito ꝙ nullā ha-
berēt opatōem circa felicitatē eoꝙ sunt
pfectiones anime. ¶ Deinde soluit illō
in speciali quod obicitur de sapientia. d.
ꝙ sapientia maxime facit ad felicitatem
cū sit pncipiū cōtemplatōis in q maxime
consistit felicitas. Qd aūt obicit de pru-
dentia soluit dicens ꝙ ad opus vtutis re
qrūtur duo. Unū ex parte appetitꝰ scz re
cta intentio in finē quā facit virtus mora
lis inclinās volūtatē ad rectam electōez
eorum que sūt ad finem fm dictamen re-
cte ratōis vt scz opetur vtuose ppt ope
rum bonitatem ꝛ vltimi finis assecutōez
Qui enim metu ignorantia vel intentōne
mala opa iusta faciūt nō opant iuste nec
studiose. Requiritur etiā ad opus virtu
tis aliud ex pte intellectus scz sana estia
tio agendoꝝ in pticulari qd facit prudē-
tia que est regulatiua volūtatis. ¶ Ostē
dit etiam aristo. vtilitatē prudētie com-
pando ipam ad naturalem industriaz di
cens ꝙ in intellectu est qdam naturalis
potentia que vocatur demotica vel natu
ralis industria que est quedam aptitudo
intellectus ad pmpte exequendum: qd
homo intendit opari que quidem est in-
determinata ad bonum et malum. Unde
respectu mali finis est vitupabilis ꝛ vo-
catur astucia que est quedam calliditas
per quam mali homines sciunt adipisci
finem peruerse intentum. Si vo intētio
ad quam pficiendam intendit sit bona ē
laudabilis ꝛ pficitur talis potētia p pru-
dentiā: ꝛ idcirco prudentia ē necessaria
ad opus virtuosum: vt determinat prefa
tā potentiā ad bonum. ¶ Consequenter
agit aristo. de connexione prudentie cū
virtutibus moralibus. Et primo ostēdit
prudentiam non esse sine virtute morali
quia prudētiales syllogismi que sunt de
operabilibus habent principium sump-
tum a fine: puta qz finis est talis. s. bonꝰ
vel optimus optet sic operari. Hoc autē
nō pt veraciter apparere nisi homini bo
no p virtutem. Peruertit enim malicia
estimatōem prudentie ꝛ mentiri fac cir-
ca practica principia quare impossibile ē
ꝙ aliquis sit prudēs nisi sit bonus p vir-
tutem. ¶ Sed contra hoc arguitur sic:
In intellectu potest esse rectum dictamē
de opabilibus absqz hoc ꝙ volūtas eli-
gat cū volūtas sit libera: ergo in intellcū
pōt generari habitus prudentie licet in
volūtate nō sit habitus vtutis moralis.
Cōsequentia patet qz prudentia genera
tur ex hmōi dictaminibus. Ad euiden-
tiam huius notādū fm Sco. 36. 3. sen.
ꝙ sicut ars respicit factibilia: ita ꝛ prudē
tia agibilia: nec est maior connexio vtu-
tum agibilium vt respiciantur ab vno ha
bitu ꝙ factibilium: sicut ergo diuersa fa-
ctibilia requirunt diuersas artes proprias
ita diuersa agibilia prudentias aliquas
proprias: et sic respectu diuersarum vir-
tutum moralium possunt esse plures pti-
culares prudentie licet sit vna prudētia
simpliciter seu vniuersaliter sumpta re-
spectu omniū virtutum moralium. Ar-
gumentum igitur bene pbat ꝙ pruden
tia pticularis respectu vnius vtutis po
test esse sine alia. Phs enim dicit ꝙ est
impossibile hominem esse prudentem ni
si sit bonus loquitur de prudētia simpli-
citer sumpta. nullus enī pōt esse simpli-
citer prudens respectu omis virtutis ni
si sit bonus. Execat nanqz malicia intel-
lectum dupliciter scz priuatiue ꝛ positi-
ue. Priuatiue quidem auertendo intel-
lectū arecta ɔsidatiōe volūtas eī eligēs
oppositum alicuius recte dictati non ps-
mittit intellectum diu stare in illo rcō di
ctamine sed auertit ad cōsiderandū ali-
qd aliō inptinēs vt sine displicētia ꝛ con
scientie remorsu opetur qd sibi libet.
Positiue aūt execat: qz sicut volūtas re-
cte eligēs finem puta castitatē vel beati-
tudinem pcipit intellectui ɔsiderare illa

q̄ sūt nccria ad illū finē ex q̄bus cōsidera
tionib⁹ generat̄ habit⁹ prudētie: ita vo=
lūtas ꝯstituēs sibi malū finē impat intel=
lectui cōsiderare media vł rōnes appen
tes ad cōsequēdū illū finē puta ad dele=
ctabilia ꝓsequēda ⁊ terribilia fugienda
ex q̄bus cōsideratiōib⁹ generat̄ habitus
inprudētie seu stulticie q̄ directe oppo=
nitur habitui prudētie ⁊ est error ī agibi
libus licet non circa speculatōnem: ⁊ sic
volūtas mala execat non quidem facien=
do errare intellectum circa prima princi
pia practica in se considerata cū sint no=
ta ex terminis sed faciendo intellectū ha
bere habitū considerādi oīa media ad
malū finem impediēdo ipm a cōsiderati
one principioꝝ ⁊ ne frequētius applicet
ipsa principia practica ad ꝑticulare agi=
bile: et sic non pōt generari habitus pru
dentie simpliciter sumpte ex dictamibus
intellectus licet generetur aliq̄ ꝑticula=
ris prudentia respectu alicuius ꝟtutis.
Hoc mō intelligit̄ qđ d̄t phs ꝙ malicia
mentiri facit circa principia practica.
¶ Alterius ꝓbat ꝟtutes morales nō eē
sine prudētia. Circa quod p̄mittit ꝙ ꝟ=
tus moralis ī appetitu simplr̄ se h3 ad a=
liquā naturalē potētiā sicut prudētia ī in
tellectu se h3 ad demoticā q̄ hab3 q̄ndā
silitudinē adinuicē l3 nō sint idem vt pa
tet ex p̄cedeñ. Q̄ aūt sit tal̄ natural̄ po=
tentia in appetitu ꝓbat qꝛ videt̄ in oīni=
bus hoībus inexistere singłos mores ali
qualiter p naturā qꝛ confestim a natiui=
tate videmur eē iusti tpati et fortes: ⁊ sic
de alijs virtutibus s̄m exigentiā natura
lis inclinationis in qualibet ꝑsona. idō
videt̄ ꝙ habemus quādā potētiā ī nob
ignotam ad ꝑfctōes virtutum moraliū.
¶ Circa quod notādū ꝙ naturalis incli
natio ad ꝟtutes cōis ē oībus ī appeti=
tu intellectiuo: que quidem est inchoati
ua virtutis. Uirtus aūt est complemētū
illius naturalis inclinatōis qꝛ p natura=
lem potētiā opari possumus sed nō pos=
sumus opari optime. Per ꝟtutem vero
supra additā naturali inclinatōni possu=
mus opari optime: ⁊ hoc mō virtus ē vl
tima dispositio ad bene et optime opari
sicut potentia est primum de virtute. Item
Notandū ꝙ ista naturalis inclinatio ad
bonū licet sit cōmunis omnibus non ta=
mē equalr̄ inest oīb⁹ qꝛ q̄dā sūt magis
vel minus ꝓni ad bonū: ⁊ s̄m hoc sūt ma
gis vel minus ꝓni ad malum: ꝓnitas q̄
qꝫ ad malum ortum habet ex varia cor=
poris dispositōe s̄m quā aliq̄ sūt ꝓniores
ad luxuriā alij ad irā: et sic de alijs. De=
inde dicit arist. ꝙ vltra has ꝟtutes na=
turales optet h̄re ꝟtutes p̄ncipales sc3
morales: t̄les eñ ꝟtutes nāles insūt nob
nō irrationali in q̄ cōicāt nobiscū pueri
et bestie s̄m quandā silitudinē sicut leo
naturaliter fortis est et liberalis. Tales
aūt habitus existētes sine ratōe videtur
esse nociui: sicut nanqꝫ corpus aliquod
carens visu puta homo cecus si moueat̄
velocius forti⁹ leditur. Sic si aliq̄s h̄ns
fortem inclinatōem ad opus virtutis nō
adhibeat discretionē rōis accidit ei gra=
uis lesio: vt si homo fortis sine ratiōe ex=
pectaret quecūqꝫ terribilia de facili mor
talit̄ lederetur. Sūt ḡ necessarij habit⁹
ꝟtutum moralium que inclinant volun
tatem ad recte operandum s̄m conformi
tatem ad rectam rationē. Cōcludit ḡ ari
stotiles ꝙ sicut in parte intellectiua sunt
due species vna ī natura sc3 demotica ⁊
alia acq̄sita. s. prudētia: sic ī pte appeti=
tiua ē ꝟt⁹ nālis ⁊ moral̄. ¶ His p̄misꝭ
ōndit ꝟtutes morales ñ posse eē sine pru
dētia p̄mo testiōnio socrtis diceñ. ꝟtutes
eē prudētias ī q̄ vno⁰ dicebāt recte: alio⁰
nō recte. Peccabat enī d̄o⁰ oēs ꝟtutes
eē prudētias: recte ꝟo dicebat asserēdo
ꝙ ñ ꝯtingit ipas sine pruden̄ eē. Ḣ⁰ etiā
ꝓbat testi⁰ cōitatꝭ qꝛ oēs recte diffinien̄
ꝟtutē apponūt s̄m rectā rōe3 p q̄d inuit̄
ꝟtutes morales ñ eē sine pruden̄ q̄ ē rcā
rō reꝝ agibiliū. Et siq̄dē ꝟt⁹ nō so͂ s̄m
rectā rōnem alienā s3 cū recta rōne ꝓpa.
Agit p̄nr ari. de cōnexiōe ꝟtutū morali
u3 int̄ se q̄ s3 sco. nō sūt sic cōnexe q̄n vna
possit eē ꝑfcā sine alia: q̄d pat3 qꝛ vn⁹ hō
pl⁹ nālr̄ inclinat̄ ad vnā ꝟtutē ꝙ ad aliā
⁊ sic potit exercitari circa opa vni⁹ ꝟtutꝭ

⁊ non circa opera alterius: et sic generabitur vna virt⁹ moralis ⁊ nõ alia. Et hoc est q̄d dt aris. ꝙ idē nõ ē optime nat⁹ ad oēs q̄re hāc q̄dē sciuit id ē acq̄siuit hanc ad quā nõ ē optīe nat⁹ nequaꝙ̄ assumēs et licet etiā possit esse vna virtus pfecta sine alia nõ tñ pfecte ducit ad finē ꝟtutū nec pfecte cōseruat̄ sine alia nec homo ē pfecte moralis nec simpliciter bon⁹ nisi habeat oēs: ⁊ hoc ē qd̄ dicit Aris. ſm q̄s aliq̄s dr simpliciter bonus nõ contingit separi. siml' enī prudētie vni existēti inerūt oēs. Et loquit̄ de prudētia vna nõ in specie sed in genere: sicut enī temperantia lȝ sit vna virtus est tamen gen⁹ inter medium respectu multarum spērū sic etiā prudētia quam q̄dem hñs habet omnes ꝟtutes. Unde de hac prudentia dicit aristo. in pcedeñ. ꝙ impossibile est ꝙ hõ sit prudēs nisi sit bonus. ¶ Demū remouet Aristo. quoddā dubium d̄ operatõe sapiētie et prudentie. Aliq̄s enī posset dubitare An prudentia esset pnci palior seu dignior sapientia: q2 p̄cipit sapientie sicut dicebat̄ de ciuili doctrina ī probemio huius libri. Dicēdum ꝙ prudentia non est principalior seu dignior sapientia qd̄ patet: q2 nõ est melior ꝑticule aīe ꝑtinet enī prudētia ad intellcm̄ practicū ⁊ sapia ad speculatm̄ nec p̄cipit sapie sȝ bñ ꝑpter ipam p̄cipiēdo scȝ aliqua facienda ꝑpter sapiam acquirēdaȝ. Unde nõ sequit̄ ex hoc ꝙ sit dignior ipa sapia: nõ enī ars medicine q̄ pcipit aliq̄ ferēda ꝑpter sanitatē ꝑpter hoc melior est sanitate. nec lex positiua q̄ pcipit cultū diuinū in ciuitate ꝑpter hoc pncipat' deo. ¶ Ad euidentiā p̄dictoꝝ notanduȝ ꝙ pars speculatiua anime ponit̄ ab ari. dignior ꝑte practica q2 ponit quēdaȝ habitū speculatm̄ scȝ habitū sapientie metaphisicalis circa finē vltimū nõ autem practicum: vt dicit Sco. in ꝓlogo primi sen. Non enī ponit aliquā sciam esse cōformē praxi volūtatis circa vltimum finē q̄ ds ē q2 nõ ponit volūtatē circa finē habere praxim sed quasi quandam simplicem motionem naturalem. Si tamē po

suisset aliquam praxim circa finem non negasset vt videt̄ sciam practicam respectu illius praxis esse nobiliorem speculatiua scientia circa idem cum nobilitatis sit in scientia ordinari ad actum nobilioris potentie cuiusmodi est actus volūtatis q̄ est regina in regno aīe: nos auteȝ ponimus esse praxim circa fineȝ nobiliorem speculatiua cuiusmõi est theologia dirigens nos in dei dilectionem. ¶ Notandū insup ꝙ licet sapientia sit dignior prudentia et virtutibus moralibus ſm Aristo. tum q2 est d̄ digniori obiecto scȝ deo: Tum q2 ē finis virtutum moraliuȝ que ordinant̄ in beatitudinem naturalē que cōsistit in actu metaphisicali seu speculatione sb̄stantiarum separataꝝ vt. s. passionib⁹ per virtutes morales sedatis quietemur in speculatione illarum. Uirtutes tamen morales sunt nobis vtiliores sapientia metaphisicali per se sumpta ⁊ includente solam cognitionem quia propinquius nos disponunt ad charitatem per quā habetur beatitudo eterna. Nec est inconueniens aliqua minus nobiliora esse nobis vtiliora. Licet enī sentiētia d̄ naꝛa sua sint nobiliora nõ sentiētibus quedam tamen non sentientia quibusdam sentientibus preferuntur q̄tum ad vsum pro nostra vtilitate ſm Aug⁹. .xi. de ciui. Quis eniȝ non in domo sua panem habere ꝙ̄ pulices mallet? Si vero sapientia iuxta moduȝ suum includat non tantū cognitionem intellectus sed etiam saporem et dilectionem affectus: ⁊ tunc non solum est nobilior sed etiaȝ vtilior virtutibus moralibus de quo dicet̄ decimo huius.

Explicit liber Sextus.

Sequitur septimus liber ethicorum.

Incipit liber septimus

Post hoc autem.

¶ Post cõsũ mationem
moraliũ ⁊ intellectualiũ
virtutũ agit cõsequẽter
aris. de ꝑtibus ꝑtinenti
bus ad virtutẽ. Et pri=
mo de quodã gradu virtutum que dicitꝰ
cõtinentia. Ad cuiꝰ euidentiã premittit
ꝙ fugiendoꝝ circa mores tres sunt spe=
cies seu modi scꝫ incõtinẽtia: malicia: ⁊
bestialitas: quibꝰ opponũtꝰ ꝯtinẽtia vir
tus ⁊ virtꝰ heroyca. ¶ Pro quo notan=
dũ ꝙ in omni genere bonitatis ⁊ mali=
cie est triplex gradus scꝫ dispositio: ꝑfe=
ctio: ⁊ excessus: qui tres gradus ꝑ ꝑ̃di=
cta designanꝰ. Primꝰ in vitio dicitꝰ icõ=
nẽtia vt cũ quis incipitꝰ ꝓgredi in vitia
puta cũ homo passione dominante inci=
dit fornicationem. Scđs gradus dici=
tur malicia cũ scꝫ ex malis operibus est
habitus vitij generatꝰ nõ tñ exeundo li
mites cõis malitie hoĩm. huiꝰ aũt gra=
dus dicitꝰ ꝑfectio bonũ ad mala trãsferẽ
do sicut homo habituatꝰ ad furandũ di=
citꝰ ꝑfectus latro. Tertius gradus dicitꝰ
bestialitas cũ quis ita excedit modũ hu
manũ ĩ vitio ꝙ efficitꝰ similis bestijs ita
ꝙ iudiciũ rõnis quasi in eo videtꝰ esse ex
tinctũ vt si q̃s ꝯuertat se ad cibũ vel lux
riã innaturalẽ. Sic in virtutibus Pri=
mus gradus est ꝯtinẽtia que est disposi
tio ad virtutẽ vt cũ quis resistendo pas=
sionibꝰ recte opatꝰ licet cum aliquali tri
sticia ꝓpter passionẽ nõdũ sedatã. Se=
cũdus gradus est cũ quis habet habitũ
virtuosum ꝑ quẽ delectabiliter opatꝰ nõ
tñ excedẽdo cõem modũ bonitatis hũa
ne. Tertiꝰ gradus est cũ quis in virtute
est ita excellens ꝙ excedit modũ huma=
nũ seu cõem ita ꝙ videtꝰ totus angelicꝰ
vel diuinꝰ: ⁊ talis virtus que sic in sum
mo gradu ꝑfectionis habetꝰ dicitꝰ heroy
ca. Heroycus nãqꝫ dicitꝰ ab heros id est
dñs potens vel sapiẽs. vnde dñi poten
tes ⁊ illustres dicuntꝰ heroes ꝑ qđ desi=
gnatur gradus in virtute suꝑexcellẽs.

Isti aũt tres gradus possunt ad numeꝝ
quaternariũ applicari diuidendo primũ
gradũ in duos scꝫ in initiuꝫ virtutis qđ
põt dici ꝑseuerãtia ⁊ in ꝓgressum vel ꝑ
fectũ qui dicitꝰ ꝯtinentia. hec nãqꝫ in hꝰ
septimo lib. cõꝑantꝰ adinuicẽ sicut resi=
stens ad suꝑans. Ad rõnẽ em̃ ꝑseueran
tie sufficit ꝙ aliquis se teneat contra in=
pellens. Unde ꝑseuerare nihil aliud est
ꝗ̃ cõtra ĩpellens stare: Sed cõtinẽtia dr
ab eo qđ est suꝑare Istud em̃ ꝓprie ꝯti=
nemꝰ: qđ in nostra potestate tenemꝰ vel
habemꝰ vnde ille dicitꝰ cõtinẽs qui su=
ꝑfluas delectationes refrenat ⁊ cohibet
puta tẽptationes repellẽdo lꝫ cũ labore
⁊ sic ad ꝯtinentẽ ꝑtinet vincere. Ad ꝑse
uerantẽ sufficit ꝙ a tristicijs nõ vincatꝰ.
Et hoc modo heinricꝰ ponit quattuor
gradus ĩ omni virtute morali vt recitat
sco. 36. dis. tertij snĩarũ. Quorũ primꝰ
vocatꝰ ꝑseuerantia scđs ꝯtinentia: tertiꝰ
tꝑantia: quartus virtꝰ heroyca. Et su=
mitꝰ tꝑantia ꝓ omni habitu virtuoso per
quẽ passiones ꝯtẽꝑantꝰ sedantꝰ ⁊ ad me=
diũ reducũtꝰ. Nõ põit aũt aris. in princi
pio huiꝰ septimi nisi tres gradus virtu
tis vel vitij eo ꝙ nõdũ distinxerat inter
ꝑseuerantiã ⁊ cõtinẽtiã q̃ aliquo mõ vi
dentꝰ esse idẽ ⁊ sic ꝓpter eoꝝ cõueniẽtiã
possunt ad eundẽ gradũ reduci: tũ etiã
qꝛ vtrũqꝫ est dispositio ad virtutem.
Deinde dat exẽplũ de virtute heroyca
adducens homerũ poetã referentẽ pria
mũ regem troye dixisse de hectore filio
suo ꝙ erat valde bonꝰ vltra cõem hoĩm
bonitatẽ sic ꝙ nõ videbatꝰ fieri moralis
filius sed dei vnde bene poterat dici vir
heroycus et diuinꝰ. Circa qđ ꝙ iste he
ctor fuit pater frãconis qui quidẽ frãco
cõgregauit sibi comitiuã magnã militũ
⁊ hominũ strennuoꝝ qui tandẽ a franco
ne principe dicti sunt franci Hi autẽ di=
missa troia venerũt in gallicã que nunc
dicitꝰ francia ex nomine habitatoꝝ suoꝝ
⁊ ipsi a nomine regionis habitate dicũtꝰ
galilci: vnde cõstat ꝙ reges francie de
scendunt de stirpe illiꝰ hectoris viri he
royci. ¶ Consequẽter ꝓbat aris. virtu=

tem heroycā esse bestialitati oppositam cuz se habeat sicut superexcellentia virtutis ꝛ vitij ꝛ sic opponunť duo maxime a se distent. Signū aūt hui⁹ ē qꝛ sicut virtus heroyca raro inueniť in hoībus sic nec bestialitas. Alterius dicit aris. ꝙ ď virtute ꝛ malicia satis dictū est in libris p̄cedentib⁹. De bestialitate aūt aliq̄d dicet inferius ꝛ de cōtinētia ꝛ incōtinētia.

Ca. II

Quō incōtinēs facit contra scientiam.

Bimum quidem ꝛc.

¶ Hic inquirit aris. an īcōtinēs possit opari ꝯtra sciam. Ad cui⁹ euidentiā sciendū ꝙ incōtinēs diciť ille q̄ ꝓpter puersitatē appetit⁹ in agendis egrediť a iudicio rōnis agendo scꝫ contra illud qꝺ scit esse faciendū. Socrates aūt dicebat hoc eē nō posse cū appetit⁹ sensitiu⁹ qui est inferior rōne non posset impare rōni q̄ est superior ꝛ sic nō videť ꝙ aliq̄s agat ꝯ sciam ꝛ rōnē quare non erit aliquis incōtinēs ₰m diōnē incōtinentis assignatā sꝫ quilibet male opans opabiť p ignorātiā. Sꝫ in oppositū huius est experientia Manifeste em̄ videmus ꝙ aliqui opanť illud qꝺ sciunt esse malū. ¶ Pro cui⁹ declaratione p̄mittit aris. ꝙ dupl'r diciť aliq̄s scire. vno° ₰m habitū nō vtendo hmōi habitū. Alio° ₰m actū puta cū sciens vtiť sua scientia cōsiderādo ea que sunt illi⁹ scie. Et isti duo modi multū differūt q̄tū ad hoc ꝙ aliquis agat cōtra illud qꝺ speculať videť durū aliquib⁹ nō sic de illo q̄ nō considerat actu lꝫ habeat habitū: verbi gratia si nauta sciens viā tutā ꝛ piculū: Si dū venit ad passum periculosū nō cōsiderat actu nō est mirū si picliteť. ¶ Consequenter ponit aris. aliā distinctionē dicēs ꝙ duo sunt modi ꝓprij quib⁹ vtitur rō practica scꝫ vlis ꝛ singularis. nihil āt ꝓhibet q̄n habēs habitū vtriusꝗ ꝛ etiā cōsiderās actu vl'e sꝫ nō pticulare opeť ꝯ sciam ꝛ hoc ideo qꝛ opationes sūt circa singularia: verbi gratia si nauta p̄dict⁹ sciat in vl'i fugiendū eē piculū ꝛ actu cōsideret sciat etiā ī pticulari in tali passu esse periculū ꝛ iter tutū si nō cōsideret actu se esse ī illo passu cū ibi fuerit nihil ꝓhibet q̄n ibi picliteť ꝓpter inaduertētiā singularis. ¶ Ad declarationē aūt hui⁹ distinctiōis dicit ꝙ vl'e dupliciter accipiť: vno° ꝓut in se cōsiderať vt si dicať omni hoī cōferūt sicca. Alio mō ꝓut est in re singulari vt si dicať iste ē homo vel talis cib⁹ ē siccus. vñ pōt cōtingere ꝙ aliq̄s sciat in actu ꝛ in habitu vl'e ₰m se cōsideratū ꝛ nō cognoscat in actu vel in habitu vl'e cōsideratū in hoc singulari. ¶ Alteri⁹ ponit aris. aliā distictionē dicens ꝙ habit⁹ in quibusdā hoīb⁹ est solut⁹ vt statim possit exire in actū. In alijs est ligat⁹ vt ptꝫ in dormiēte amente ꝛ ebrioso in q̄bus corporis dispositio ꝓhibet vsuꝫ rōnis: ꝛ hoc mō sunt dispositi hoīes cū sunt in passionib⁹: videm⁹ em̄ corpus trāsmutari ꝓpter passiones ire ꝛ cōcupiscentie cū ex his calescit et q̄nꝗ in tm̄ crescūt hmōi passiōes ꝙ q̄sdā ī insaniā deducūt. vnde tales habēt habitū in practicis ligatū. Et si tales dicunt ore verū circa singularia nō tñ corde: nō em̄ sentiūt q̄ dicūt vt ptꝫ in ebriosis ꝛ furiosis q̄ quādoꝗ ꝓferunt scꝫ demōstratiōes ꝛ verba empedoclis qꝛ scꝫ ꝓferunt q̄ nō intelligūt cuiusmodi erāt verba empedoclis q̄ erāt difficilia ad intelligendū qꝛ metrice phiam suā dicitur cōposuisse. Ponit etiā exemplū de pueris q̄ multas pulchras oratiōes ꝓferūt sciūt aūt nequaq̄ qꝛ scꝫ nō intelligunt q̄ dicunt. ¶ Inquirit insup cām quare habit⁹ practic⁹ in incōtinēte est ligat⁹ vbi dicit ꝙ si in practicis fiat vna rō ex vl'i ꝓpositiōe ꝛ singulari tūc nō solū seq̄ť ꝯclusio sicut in speculatiuis: sꝫ etiam opatio puta omne dulce est gustandū: hoc vinū est dulce: ergo est gustandū facta aūt hac ratione est necessariū potentē ꝛ nō ꝓhibitū hec operari: qꝺ est verū si talis habeat volitionē efficacē que scꝫ nitať illud exequi: tūc nāꝗ volūtas p̄cipit alijs po

ventijs vt hoc operet. Non aut si non sit volutas efficax vt docet experietia et tactu fuit in sexto hui⁹. Si aut sub ppositione vli no sumat minor singularis no sequit coclusio nec opatio sic est in incotinente: volutas em in incotinete tracta et electa a cocupiscentia no pmittit itellectu applicare cognitione quā habet i vli ad singularia: et sic incotinēs habet habitu practicu in singularib⁹ ligatum: verbi gratia: Incotinēs fm rectā rōne format hāc ppositionē: omne delectabile est psequendu volutas aut incotinentis ppter passionē cocupiscētie insurgē tem auertit intellectu ne sumat sub prima ppositione: puta nūc tpus est indebitu: qz est tēpus ieiunij: sed couertit ipsum ad sumēdu sub alia ppositiōe hāc minorē iste cibus est delectabilis et sic sequit pclusio et opatio vitiosa: no aut opatio virtutis abstinētie. Ex pdictis patet quō incotinēs egredit a iudicio recte rōnis. ¶ Patet etiā ad argumētu socratis appetit⁹ em sensitiu⁹ no impat rōni vt psupponebat ei⁹ argumētu s3 volutas mota et inclinata ab appetitu sensitiuo. Deinde dicit aris. q ignorantia incotinētis soluit transeunte passione sicut in dormiente vel ebrioso transeunte somno vel ebrietate.

Utrum aut Ca. III

¶ Hic inquirit aris. de materia cotinētie et icotinētie. Circa qd pmittit q delectabiliu quedā sunt ad humanā vitā vt delectabilia gustus ad pseruationē indiuidui. Et alia delectabilia q no sunt necessaria s3 sut seipso delectabilia vt victoria honor et diuitie Ubi notādu q l3 diuicie sint eligibiles ppter alteru inquātu ordinant ad honorem et corporis necessitatē vt habet primo hui⁹. Sunt tn etiā eligibiles ppter se inquātu possunt hre rationē ornatus decoris et pulchritudinis. Delectatōes aut gustus et tact⁹ licet a plurib⁹ ppter se eligant eo q in ipsis quiescit appetit⁹ no tn sunt ppter se eligibiles sed ppter cōseruationē speciei vel indiuidui. Tū qz impediunt vsum rōnis vt dicet infra tu qz sunt exprobrabiles cu sint nobis et brutis cōes de quo vide tertio hui⁹ ca. de tēpantia. ¶ His pmissis dicit aris. q illi qui pter rectā rōnē excedunt in delectationibus necessarijs sunt simpliciter et pprie incotinentes. Qui aut excedut i delectationibus fm se eligibilibus non sunt simpliciter incotinētes s3 fm quid et similitudinarie. vnde no dicunt incotinentes simpliciter sed incotinentes lucri vel honoris Cui⁹ signu est qz incontinentia vitupat no solu vt peccatu sed vt malicia quedā. Incotinentia aut ire honoris vel lucri vituperat vt peccatu tm. ¶ Circa qd notādu q incotinentia tact⁹ ē peccatu duplici rōne vno modo ex eo q incotinēs recedit ab eo qd ē fm rectā rōnē. Alio mō ex eo q se imergit quibusdā turpib⁹ delectationib⁹. Et iō dicit aris. q incotinētia vituperat no solu vt peccatu sed vt malicia quedam. Incotinentia vero eor que fm se videntur eligibilia ē pctm tm vna rōne ex eo sc3 q incotinēs no seruat debitu modu rōnis in cocupiscentia reru p se appetēdaru. et iō dicit aris. q talis incotinētia vituperat vt peccatu tantu. Est igit incotinentia simpliciter et proprie circa delectationes gustus et tact⁹ fm quid circa alias. ¶ Cōsequenter copat incotinētiā ad bestialitatē dicēs q licet bestialitates similitudiarie vel large possint dici incotinentes no tn simplicit seu ppe qz bestialitas ē oīs suphabūdās malicia et insipiētia et timiditas et intpantia et crudelitas. Ubi notandum q incontinentia et bestialitas no sunt pprie idē et simpliciter qz incotinētia dicit pmum gradu malicie vt dictu fuit i pncipio h⁹ libri et iō bestialitas ibi sumpta dicit eē oīs suphabundans malicia in quolibet genere vitij. Unde hic exēplificat in vitijs oppositis qttuor vtrtutib⁹ cardinalibus vt insipientia opponit prudentie timiditas fortitudini intēperātia tēperantie et crudelitas pietati seu iusticie

⁊ sic bestialitas est excessus in omni gñe vitij vt si q̄s sit ita crudelis ꝙ mulieres ꝑgnãtes scindat vel ita ĩtēꝑatus vt delectatiões innaturales querat puta carnes pueroꝝ deuorando seu vitio zodomitico vtendo. ¶ Notandū insuꝑ ꝙ ħ bestialitas si ꝑueniat ex malitia seu cōsuetudīe fit dãpnabilis. Bestialitas tñ egritudinalis est excusabilis vt si aliq̄ habeant modicū de rõnis vsu vel ꝓpṫ egritudinē vel potētiarū organicarū īdispositionē. ¶ Alteri⁹ cōpat incōtinentiam ꝓprie dictam ad incōtinentiã ire dicens ꝙ incōtinentia ire est min⁹ turpis: qđ ꝓbat quattuor rationibus: quarum prima est talis: Illa incōtinentia est minus turpis que audit aliqualiter rõnez ꝙ illa que nullo°: sed incōtinētia ire aliqualiter audit rationez: incōtinentia ãt cōcupiscentiarū tact⁹ nō audit: ğ incōtinentia ire est min⁹ turpis. minor ꝓbaṫ qꝛ ira audit aliqualiter rationē inquãtū iratus quodãmodo rõcinaṫ ꝙ iniuriãtē optet impugnare ⁊ ꝓpter iniuriã inferre vindictã imꝑfecte aũt auditionē quia nō attendit rectū iudiciū rõnis circa q̄ntitatem ⁊ modū vindicte ꝓpter naturalē caliditatē ⁊ velocitatē colere. Uñ iracundus est similis seruis qui sunt nimis voloces qui anteꝙ audiãt totum qđ eis diciṫ currunt ad exequēdū ⁊ sic sequiṫ ꝙ peccent in executione mãdati qđ non ꝑfecte audierūt. Est etiã similis canib⁹ qui ad primū sonū pulsantis ad ostium latrant anteꝙ attendãt si ille qui pulsat ad ostium sit de familiaribus vł amicis. Cōcupiscentia vero statim qđ appꝛhendiṫ delectabile monet ad ꝓsequendū id absq; alio syllogismo rõnis ⁊ sic est turpior. Circa qđ notandū ꝙ cōcupiscētia diciṫ esse sine rõne nō ꝙ auferat vsuz rationis sed qꝛ in nullo ꝓcedit ẜm iudiciū rationis ⁊ quo ad hoc incōtinentia ꝓpͤ dicta turpior est incōtinentia ire. Secūcũda ratio ē talis ira ē magis nãlis ⁊ sibi difficilius resistiṫ ꝙ concupiscentijs excessiuis tactus que non sunt necesse: ğ incontinentes ẜm irã sunt magis venia digni ꝙ incōtinentes ẜm tactum: ꝓbat añs qꝛ incōtinentia ire magis videṫ sequi originē naturalē ꝙ ꝯcupiscentia. Ad quod ducit exemplū de quodã q̄ patrem ꝑcutiens amico reꝑhendenti eum respondit dicens ꝙ pater eius ꝑcusserat patrē suuz ⁊ au⁹ ei⁹ ꝑcusserat suū ⁊ ostēdens filium suum. Iste inq̄t cum factus fuit vir etiam ꝑcutiet me hoc eñ cōnaturale est generi nostro. Cōsequēti autem tempore tractus ꝑ pedes a filio suo iam facto viro quando venit ad ostium iussit ꝙ quiesceret allegans ꝙ patrē suum alias vltra non traxerat. ¶ Contra hanc rationem arguitur ꝙ secūdo huius dicitur ꝙ difficili⁹ ē pugnare cōtra voluptatem ꝙ contra iram vt ait eraclitus quia voluptates insunt nobis a principio vite. ¶ Respondeṫ ꝙ difficili⁹ est assidue pugnare contra voluptatem ꝙ contra iram quia concupiscentia est magis cōtinua ⁊ sic loquiṫ in scđo dicēs voluptates esse nobis contpaneas sed ad hominē difficilius est resistere ire ꝓpter eius impetum: ⁊ sic loquitur in ꝓposito.

¶ Tertia ratio est talis is qui insidiando nocet iniustior est ꝙ qui potenṫ offendit quia cum hoc ꝙ nocet etiam decipit: sed concupiscentia latenter subintrando nocet non autem ira sed subito ⁊ cum quodam impetu. Unde incontinentia ire minus turpis est. ꝙ autem cōcupiscentia sit insidiatrix ꝓbat per hoc ꝙ quidam de venere loquenˢ appellãt eam ciꝑgrenam dolosã ⁊ eius corrigiã siue sonam dicunt esse variam. Uenus eñ fuit regina cipri que per luxuriam viros decipiebat et dicitur ciprigena quasi in cipro genita per quã signatur cōcupiscentia cuius corrigia dicitur esse varia quia concupiscētia diuersimode mētes ligat tenditq; in bonum delectabile quod apparet esse bonum ⁊ tñ in veritate est malum. Et ad hoc adducit aristo. omerum poetam dicens ꝙ deceptor.i. concupiscētia furata est intellectū spisse .i. valide seu ꝓfūde sapiētis. ¶ Quarta rō ē hec ꝙ irat⁹ q̄dãmō inuolūtarie ⁊ cū

tristicia ledit nō q̄ tristet̄ de vindicta sȝ de iniuria sibi illata. Cōcupiscens vero totaliter peccat voluntarie ⁊ cū delectatione quare icōtinētia cōcupiscētie turpior est q̄ incontinentia ire. ¶ Ad euidentiā p̄dictorū notandū q̄ peccatū i cōtinētie pōt dupliciter considerari. vno⁹ ex pte passionis ex qua rō supat̄ ⁊ sic incōtinentia ɔcupiscētie est turpior q̄ incōtinentia ire qꝛ mot⁹ cōcupiscentie hȝ maiorē iordīationē q̄ mot⁹ ire ꝑpt̄ q̄tuor que hic ph̄s tāgit qꝛ scȝ motus ire magis p̄ticipat rōnē magisq̄ȝ sequit̄ corporis cōplexionē ꝑpter velocitatē motus colere irā incendentis: tū qꝛ ira inq̄rit manifeste opari: sed cōcupiscētia querit latebras ⁊ dolose subintrat: tū qꝛ concupiscens delectabilit̄ opat̄. Iratus autē quasi quadā tristicia p̄cedente coact⁹ Alio mō pctm̄ incōtinētie pōt cōsiderari q̄tū ad malum qd̄ quis incidit a rōne discedēs ⁊ sic incōtinētia ire est vt ī plurimū grauior qꝛ ꝑducit hominē ad mai⁹ peccatū scȝ homicidiū qd̄ est grani⁹ ad ulterior: ad qd̄ p̄ducit incōtinētia cōcupiscentie. Incōtinētia etiā cōcupiscentie dicit̄ turpior inquātū est maioris īfamie licet nō semꝑ sit maioris culpe. Est autē maioris īfamie qꝛ est circa delectatiōes cōes nobis ⁊ brutis multuȝ ꝑuertentes vsuȝ rōnis recte vt ptȝ supra q̄rto. c. 4.

Irca eas Ca. IIII

c ¶ Hic cōpat ari. cōtinentiā ⁊ incōtinētiā ad p̄seuerātiā ⁊ maliciā tpantiā ⁊ intpantiā que sunt circa eādem materiā. Sunt em̄ circa delectationes gustus ⁊ tactus lȝ large possint ad alia extendi. Dicit itaq̄ȝ q̄ circa hmōi cōcupiscentias delectationū ⁊ fugas tristiciarū ɔtingit nos habere dupliciter Aliq̄n eī ab ip̄is vincimur ⁊ sic dicimur incōtinētes ⁊ molles. Aliq̄n vero ipsis resistimus ac ip̄as supam⁹ ⁊ sic dicimur p̄seuerātes ⁊ cōtinētes. Differūt aūt cōtinētia ⁊ incōtinētia a p̄seuerātia ⁊ mollicie qꝛ cōtinētia ⁊ incōtinentia sunt circa delectationes p̄seuerantia aūt ⁊ mollicies circa tristicias causatas a carētia hmōi delectabiliū. Perseuerantia eī in hoc cōsistit q̄ aliquis nō recedit a bono ꝑpter diuturnā tollerātiā difficiliū ⁊ laboriosorū: sicut est tristicia carētie delectabiliū in eo qui vehementer afficit̄ circa hec cuiusmōi est qui nō hȝ p̄fectā virtutē modificantē has passiones huic āt opponit̄ mollities. Mollis em̄ dicit̄ q̄ defacili recedit a bono ꝑpter tristicias causatas ex defectu delectationū q̄si cedens debili mouenti. Unde molle dicit̄ qd̄ de facili cedit tangenti. ¶ Et notandū q̄ lȝ p̄seuerātia nō sit virt⁹ eo modo quo loq̄it̄ ari. in hoc septimo sicut nec cōtinentia que est eligibilior ip̄a vt īfra dicet̄. Si tū sumat̄ p̄seuerātia ꝑ habitu quo quis eligit diuturnitatē sustinere in q̄buscūq̄ȝ operib⁹ sic est virtus. Sumit̄ etiā aliq̄n p̄seuerantia ꝑ actu hmōi virtutis vsq̄ȝ ad mortē durāte. Et hoc mō dicit Aug⁹. in lib. de p̄seuerātia q̄ nullus pōt dici p̄seuerātiā habere q̄ diu viuat nisi p̄seueret vsq̄ȝ ad mortē. ¶ Deinde ostendit quō differūt intpatus ab incōtinente ⁊ molli. Primo quidē qꝛ incōtinēs no ꝓsequit̄ delectationes ex electione sȝ ex vi ⁊ impetu passionis. Similiter mollis ducit̄ ex tiore tristicie quā ītendit euadere que sequit̄ a cōcupiscentia inquātū scȝ priuat̄ re cōcupita Sȝ intpat⁹ ꝑ electionē ꝓsequit̄ nō necessitat̄ delectiōes ⁊ fugit tristicias. Ex quo infert q̄ nō est penitiu⁹ ⁊ sic est insanabil̄ qꝛ scȝ vix pōt sanari. ¶ Ad cui⁹ euidentiā notandū q̄ aris. non vult simpliciter negare q̄n intpatus, tristet̄ aliq̄n de peccato cōmisso cū dicat nono hui⁹ q̄ praui penitudine replent̄ sȝ vult dicere q̄ nō ita vere nec ita de facili penitet sicut incōtinēs qꝛ in eo q̄ est intpat⁹ volūtas inclinat̄ ad peccandū ex ꝑpria electione vt dictū est. hec aūt electio ꝓcedit ex habitu ꝑ cōsuetudinē acquisito In eo autē qui est incōtinēs volūtas īclinat̄ ad peccandū ex aliqua passiōe. Et qꝛ passio cito trāsit: habit⁹ aūt est qualitas de difficibili mobil: inde est q̄ incōtinēs statim

penitet trāseūte passiōe qđ nō accidit đ intpato q̄nimo gaudet se peccasse eo q̄ đ patio peccati facta est p habitū cōnaturalis. Vñ de talib⁹ dicit sapieñ. letant cū malefecerint ⁊ exultāt in rebus pessimis. Ex quo ptз q̄ intēpatus est multo peior q̄ incōtinēs. Q̄ etiā pbat. p. q̄ ille oīno est deterior q̄ opat aliquid turpe nō cōcupiscēs vel quiete. i. remisse ↄcupiscens ⁊ qui nō irat⁹ ꝑcutit q̄ qui irat⁹ q̄ scз talis peccat ex malitia voluntatis cū nihil vel parū habeat in appetitu sensitiuo qđ ipm alliciat ad peccandū: q̄d ei talis faceret sivehemētes passiōes haberet: hmōi aūt ē intpat⁹ quare ē deterior incōtinēte: vnde incōtinētia assimulat egritudini curabili: intpantia vero incurabili. ❡ Itē malū latēs est periculosius q̄ malū manifestū q̄ malū manifestū pt meli⁹ curari q̄ latēs. Intpantia aūt est malū latēs q̄ malicia corrūpit pncipiū in actionib⁹ auertēdo scз intellectū a cōsideratione finis ⁊ pncipiorꝫ agibilium que sumunt a fine ⁊ sic intpat⁹ semp existimat oportere pn̄s delectabile, psequi voluntas eñ mala excecat priuatiue et positiue: vt dictū est sexto hui⁹. Incōtinens aūt non sic estimat nisi passione insurgent:: vnde extra passiones existens gerit illicitas cōcupiscētias in ꝑposito nō seq̄. Et sic dicit aris. q̄ nō est simplr prau⁹ q̄ in eo saluat optimū pncipiū inquātū scз habet rectā estimationē de fine, nec credit corpales delectationes eē querēdas ꝑpter se tāq̄ finis nisi forte ī pticulari dū agit. ❡ Ex pdictis ptз q̄ incōtinētia ⁊ intpantia se habent vt dispositio ⁊ habit⁹. Cōpat vlterius cōtinētiā ad incōtinētiā dicēs. Cōtinēs est ratiōi īmāsiu⁹ ⁊ nō est ab ea egressiuus q̄ scз ꝑpter passiones nō recedit ab eo qđ prius ꝫm rectā rōnē elegerat. Incōtinens aūt passione insurgente non remanet recte rōni nec recte electioni. Et hoc modo dicit agere cōtra electiōз. vnde ē aliqualiter prau⁹ licet nō simpliciter sicut intpatus qui peccat ex electione. ❡ Circa pdicta notādū ꝫm Tho. in pria scđe q̄ ille q̄ peccat ex passiōe peccat eligens licet nō ex electione q̄ electio nō est ī eo primū peccati pncipiū: sed īduci ꝫ a passione ad eligendū illud qđ extra passionē existens nō eligeret. Itē notandū q̄ malicia aliq̄ñ sumit ꝑ habitu malo aliq̄ñ vero ꝑ electione mali: habēs aūt habitū malū nō semp peccat ex habitu cuз aliq̄ñ peccet ex passione vel ignorātia. Itē notandū q̄ lз oīs peccās ex habitu peccet ex electione cū eligat malū vt habeat bonū cōueniēs ꝫm habitū sine tam̄ habitu pōt volūtas ex seipa ad malum moueri: ⁊ sic ex electione peccare absq̄ inordinatione intelelct⁹ vel sensus.

❡ Insup cōpat incōtinētiā ad pseuerantiā dicens q̄ pseuerare est sustinere pugnā sed nō cōtra pugnare. Cōtinere vero cōsistit in hoc qđ est cōtra pugnare ⁊ supare: ⁊ ideo cōpant sicut illud cui⁹ eē cōsistit in nō vinci qđ ptinet ad pseuerātiā: ⁊ illud qđ cōsistit in vincere qđ ptinet ad cōtinētiā ⁊ iō cōtinētia est eligibilior pseuerātia. ❡ Deinde comparat incōtinetiam ad molliciē que conueniunt in hoc q̄ lз icōtinēs ⁊ mollis eligāt illicitas cōcupiscētias non sequi vterq̄ tñ adueniente passione succūbit. Differunt tñ q̄ incōtinētia est circa delectatōnes ⁊ mollicies circa tristicias causatas ex defectu delectationū vt dictū est. Et q̄ voluptas forti⁹ mouet attrahēdo ad malū q̄ tristicia de carentia voluptatis retrahendo a bono q̄ carentia est pur⁹ defectus. hinc est q̄ incōtinēs mag ꝑprie dicit vinci q̄ scз plus conatur īmanere electioni cōtra passiones pugnando. Mollis vero dicit deficere eo q̄ sine magno conatu ab electione recedit. Talis etiam dicitur delicatus. Delitia enim est quedam mollicies ⁊ sic est eius species. Mollicies namq̄ refugit īordinate omnē tristiciā sed delicia tristiciam laborum ꝑprie refugit vt in illo patet q̄ vestimentum suum trahit per lutum ad euitandum tristiciam laboris existentis in vestimenti leuatiōe. Unde talis mollis seu delicatus dicit.

¶ Consequenter dicit aristo. q nõ omnes homines succũbentes delectationibus vel tristitijs dicunt incõtinentes vl molles sed solum illi qui vincunt a passionibus quas multi separant. Vinci eñ a fortibus et superexcellentibus delectationibus et tristitijs nõ est admirabile sz magis cõdonabile vel dignũ venia duz tamen hõ innitatur contra hmõi passiones pugnare et nõ statim cedat vt siqs nitat a risu cõtinere nõ tamen valeat. ¶ Deinde ponit duas species incõtinẽtie. quarum vna dicitur irrefrenatio que est in his que superueniente cõcupiscentia sine aliquo cõsilio statim eam sequitur cuiusmodi sunt colerici ꝓpter velocitatem colere et melãcolici qui propter terrestrem cõplexionem vehementer inflammant sicut terra accensa vehementer ardet. Si autem tales cõsiliarentur nõ ducerẽt a passiõe sicut illi qui futurã pugnam ꝓuidẽtes seipsos ꝓtitulãt seu stimulant rõnem suam exercendo ad resistendũ cõcupiscẽtie si ab alijs ꝓus stimulant non mouent nec vincunt Alia aũt species dicit debilitas que est ĩ his que superueniente cõcupiscentia cõsiliantur postea tñ a passione vincunt qz debiliter inherent cõsiliatis ꝓpter molliciẽ cõplexionis vt cõtingit in flegmaticis et mulieribus que ꝓprie nõ dicunt incõtinẽtes qz de facili vincunt ꝓpter fragilitatem cõplexionis. Unde vt in pluribꝰ nõ ducũt sed ducunt ð facili passiones sequendo. ¶ Insup compat aris. cõtinẽtiã ad tꝑantiã dicens q cũ cõtinẽtia est vehementia passionũ et nõ cũ tꝑantia ꝑ ipam eñ ad mediũ reducunt et sic continentia et tꝑantia se habent sicut dispositio et habitus. ¶ Circa qð notandum q Cõtinẽtia põt sumi tripliciter: vno modo ꝓprie vt scz importat resistentiam rationis ad concupiscentias prauas que sunt in homine vehementes et sic sumitur in ꝓposito hoc modo temperantia ẽ melior quia per ipsam appetitus sensitiuus est rationi subiectus et quasi a ratione domitꝰ: non autem per cõtinentiã Unde cõtinẽtia hoc modo non est virtus sed dispositio ad virtutez. Scðo modo continentia sumit ꝓut importat cessationem ab omni delectatione venerea et sic se extendit ad cõtinẽtiã virginalem et est melior teꝑãtia sumpta cõmunit sicut virginitas melior est castitate matrimoniali: et hoc modo dicit sapiens q nõ est digna ponderatio anime cõtinentis in genere scz castitatis qz fecũditas carnis que querit in matrimonio nõ adequat continentie virginali vel viduali. Tertio modo sumitur ꝓ omni abstinentia a rebus illicitis et sic etiam dicit q omnis ponderatio non est digna anime cõtinentis qz nõ respicit estimatiõez ponderis auri vel argenti.

Ca. V

De delectatione &c.

¶ Quia virtutes morales sunt circa delectationes et tristicias agit cõsequẽter aris. de delectatione. Circa qð ꝑmittit quadã distinctionẽ boni dicens q bonũ est duplex: qðdã est bonũ simpliciter vt illud quod ẽ bonum oĩbus eandẽ naturã ꝑticipantibus puta prudenter viuere est bonũ oĩbus hominibus. Aliud est bonũ ꝫm qd qð scz est bonũ alicui vt sumere medicinam est bonum infirmo. ¶ Demum declarat quid est delectatio dicens q est operatio nõ formaliter sed causaliter. est eñ delectatio passio cõsequens operationem nõ impeditã ꝑ quã potentia iungitur suo obiecto cõiunctio namqz conuenientis cũ eo cui cõuenit est delectabile. Et dicit habitus qui est ꝫm naturam id ẽ habitus naturalis vel habitus qui est consonus nature cuiusmodi sunt habitus virtuosi. Operationes eñ virtuose sunt maxime delectabiles quãdo cõsequunt habitus generatos. Nõ sic de oꝑationibꝰ ꝑcedẽtibꝰ ex qbꝰ habitꝰ generant qz plerũqz habẽt tristiciã admixtã: vñ nõ sũt simplr delecãbiles sz ꝫz qd Delectationes ẽt corporales lz sint bone ꝫm qd nõ tñ simpliciter cum impediant

visum rõnis vt dictũ est in p̄cedẽtibus. ¶ Insup ostendit aliq̄ delectationẽ eẽ optimã qr oĩa appetũt ꝛ ꝓsequunt̃ delectationẽ nõ solũ bestie ſ3 etiã hoĩes qd̃ est signũ esse aliquã delectationem optimã qr fama nõ oĩno ꝑdit quã multi populi famãt. Nec obstat ꝙ nõ oẽs appetunt eãdẽ delectationẽ qr l3 non omnes hoĩes appetẽt eandẽ delectationẽ appetitu sensitiuo vel intellectiuo tñ appetũt eandẽ appetitu naturali. Natura em̃ inclinat in eandẽ delectationẽ sicut in optimã sc3 incõtẽplationẽ sũmi boni. Ẽñ dicit aris. ꝙ oẽs habẽt naturaliter in se ipsis qddã diuinũ sc3 inclinationẽ naturalẽ in beatitudinẽ a deo sibiipsis inditã. ¶ Consequẽter dicit aris. ꝙ quedam delectationes sunt valde eligibiles sc3 bone vt delectatiões que sunt in opatione virtutũ. Alie aũt nõ vt sunt corpales que sibi vendicauerũt nomẽ delectationis qr sunt magis cognite ab hoĩbus ꝛ ampli⁹ ab eis querunt̃ que l3 sint bone ꝯm qd̃ ꝛ vsq3 ad aliquẽ gradũ vel mẽsurã debitã vt pt3 in delectatione sompni cibi ꝛ pot⁹: excessus tñ ꝛ suphabundantia est vituꝑabilis ꝛ fugiendus. ¶ Alterius assignat rõnẽ quare corpales delectationes vident̃ eligibiliores l3 nõ sint qr sunt medicine quedã ad repellendu3 tristiciã. Cũ em̃ hoĩes oẽm tristiciã fugiant indigẽt delectatione ad ipam repellẽdã. Et qr hoĩes solũ sensib⁹ ĩherẽtes delectationes spirituales nõ habẽt nec expiunt̃ ideo ad corpales se cõuertũt q̄ ipsis vident̃ vera bona tñ qr alias nõ ꝑcipiunt: tũ qr mensurant̃ non solũ ex sui natura sed etiam cõtrario qd̃ expellunt ꝛ ꝓpterea querunt̃ valde qr apparẽt posite iuxta suũ cõtrariũ. Sicut delectatio pot⁹ magis appet si fuerit sitis ꝛ iõ illi qui querũt delectationẽ pot⁹ p̄parãt sibi sitim ꝑ cõmestionẽ salsorũ. ¶ Deinde declarat, quõ tristicie q̄ ꝑ delectationẽ repellũt̃ ꝓueniũt hoĩb⁹ multipliciter aĩal em̃ vigilãs est in laboribus ꝓpter corporis cõmotionẽ ꝛ potẽtiarũ organicarũ opationũ. Labor em̃ est cõtristatiu⁹ in iuuenib⁹: aut ꝓpter augmẽtationẽ maxime fiunt cõmotiones spirituũ ꝛ humorũ vt etiã accidit vinolẽtis: ꝛ iõ ꝓpt̃ huiusmodi laborẽ iuuẽtus plurimũ querit delectationẽ. Melãcolici etiã qr corpus mordet̃ ꝯtinue ꝛ cõsumit̃ patit̃q3 corrosionẽ ꝓpter malã eoꝝ cõplexionẽ3 ideo habent frequenter appetitũ delectationis ꝑ quã hmõi tristicia repellat̃. Et inde est ꝙ plerũq3 fiũt intpati ꝛ praui. Expellit aũt delectatio si sit fortis nõ solu3 tristiciã cõtrariã ſ3 etiã cõtingentẽ puta delectatio cibi nõ solũ expellit tristiciam famis sed etiã aliã si fortis fuerit qr sc3 totã aĩe intentionẽ ad se trahit. ¶ Circa p̄dicta notandũ ꝙ ꝓ tristicia effugan da expedit aliqñ recurrere ad remediu3 delectationu3 qd̃ fieri bñ potest ꝛ male Male quidẽ recurrẽdo ad delectatiões nociuas siue suphabũdãtes ꝛ supfluas volupta⁹ corpales. Bene vero recurrẽdo ad nc̃carias delectatiões seu ad mẽtales de quib⁹ ait sapiẽs. Nõ est delectamentũ sup cordis gaudiũ. De hmõi ãt delectationib⁹ spũalib⁹ dicit cõseq̄nter aris. ꝙ nullã hñt suphabũdantiã q̄ sc3 sit vitiosa cum de natura sua ꝛ ꝯm se sint bone. Et fundat̃ hoc dictu3 in illa cõsideratione topica. Si simpliciter ad simpliciter ꝛ magis ad magis ꝛ maximũ ad maximũ que h3 veritat ẽ in his que ꝯm se sunt talia ꝛ nõ ꝯm accidẽs qr em̃ intelligere ꝯm se est bonũ magis intelligere est magis bonũ ꝛ maxime intelligere est maximũ bonũ. Nõ sic aũt in his que sunt ꝯm accidẽs. Nõ em̃ si bibere est bonũ magis bibere est magis bonũ qr bibere nõ est bonũ simpliciter ꝯm se ſ3 ꝯm accidens inquãtũ sc3 est remediũ ad tristiciã sitis effugandã. ¶ Consequẽter dicit aris. ꝙ nullũ idẽ obiectũ est semꝑ homini delectabile Cuius rõ est qr natura nostra nõ est simplex sed ex multis cõposita sc3 ex corpe ꝛ aĩa ꝛ sic est ex vno i aliud trãsmutabilis: ꝛ illud qd̃ est naturale ꝯm vnã ꝑtẽ est p̄ter naturale ꝯm aliam: sicut contẽplari est naturale hoĩ ex ꝑte intellect⁹ sed est p̄ter naturale ex ꝑte

potentiarum organicarum q̄ laborant in cōtēplādo: ⁊ iō ɔtēplatō nō ē sp̄ delecta=bilis. vn̄ hoīb⁹ ē delectabil' trāsmutatio ꝓpt̄ defectū nature q̄ nō p̄t sp̄ ī eadē di=spositōe cōsistere. ¶ Per oppositū autē q̄ ds ē simplex ⁊ imutabilis sēp gaudet vna ⁊ simplici delectatōe quā scʒ hʒ ī cō tēplatōe suiꝑ p̄tus q̄ ē sibi delctābilissima Delectatio enī q̄ ē absq̄ mutatōe maior est q̄ illa q̄ ē in motu: est enī in fieri idō impfcā: q̄ aūt ē in q̄ete ē in eē, pfecto. Et notādū q̄ ds ē ita simplex q̄ nec ē cōpo=situs nec alteri cōponibilis: nō sic aūt cre atura vt magis hʒ videri in libris sentē. in primo. dist. 8. q. 1.

Incipit octauus li. ethi.

Est hec autem.

p ¶ In p̄cedenti libro egit arist. de cōtinētia q̄ ē q̄d=dā impfectissimū genere virtutꝫ: h̄ ɔn̄r determiat de amicicia q̄ ē virtutis effect⁹. Q̄ autē ad moralē de ip̄a cōsiderare ptineat pro bat multipl'r: p̄mo q̄ amicitia ē q̄dā v̄t⁹ vel cū v̄tute. ¶ Ubi notādū q̄ amicitia est v̄tus inq̄ntū ē habit⁹ electiu⁹ dispo=nēs hoīem ad cōicādū se ꝓximo inq̄ntū p̄t ꝯm Sco. di. 34. tercij sen. Est etiam cū virtute inq̄ntū v̄tus moral' ē cā ami=cicie vere. Perfecta enī amicitia nō est nisi bonoꝝ ⁊ ī virtute similiū: vt videbit̄ in ɔsequētib⁹. Itē arguit aristo. q̄ mora lis p̄hia dʒ determiare d̄ his q̄ sūt neces saria bonitati vite humane. hmōi autem est amicitia: qd̄ ex hoc ptʒ: q̄ null⁹ eligit viuere sine amicis lʒ haberet oīa alia bo na exteriora. Illis enī q̄ maxīe possidēt vt sūt diuites ptātes ⁊ principat⁹ h̄ntes maxime vidētur amici necessarij: primo quidē ad vsū hoꝝ bonoꝝ q̄ ē enī vtilitas bonoꝝ fortune si possidētes ex his nulli b̄n̄faciat. B̄n̄ficiū aūt maxīe et laudabl'r fit ad amicos. Secūdo ad ɔseruatōnem taliū bonoꝝ q̄ n̄ p̄n̄t ɔseruari sine amicis q̄ bona fortuna q̄nto ē maior tāto min⁹ secat̄. Ex̄n̄tib⁹ etiā ī pauptate ⁊ reliquis infortunijs sūt vtiles amici q̄ sūt eorum singl'are refugiū. Sūt etiā necessarij om ni etati iuuenib⁹ q̄dē vt p̄ amicos cohi=beātur a pctō: supiorib⁹ v̄o ad famulatū Adultis aūt ad bonas actōes exequen=das. Unus enī amicus aliq̄n auxiliatur in ext̄iori actōe et intellectuali opatōne dū vn⁹ videt qd̄ ali⁹ videre nō vʒ. Itē vi dem⁹ q̄ generātis ad genitū ē nāl' amici cia nō solū ī hoīb⁹ sʒ etiā ī alijs aīalib⁹. Laudam⁹ etiā hoīes humanos q̄ sūt ap ti ad societatē et familiaritatē. Per ami citiā etiā vidētur ciuitates ɔseruari. vn̄ legislatores magis studēt ad ɔseruādaꝫ amicitiā et cōcordiā q̄ iusticie rigorē. in penis nāq̄ inferēdis q̄nq̄ iusticia omit=tit̄ ne dissēsio oriat̄. et hoīb⁹ ex̄n̄tib⁹ ami cis nō ē nccria custodia ꝓp̄e dcā q̄ habꝫ oīa q̄si coīa. Iusti aūt indigent amicitia adinuicē. Laudam⁹ etiā amatores ami=coꝝ ⁊ q̄busdā vidēt̄ eē idē viri bōi ⁊ ami ci. ¶ Inq̄rit ɔn̄r arī. dīonem amicitie ex obicō qd̄ ē amabile. Circa qd̄ dicit q̄ a=mabile ē triplex scʒ aut bonū aut delecta bile aut vtile. Est aūt vtile amabile ꝓpt̄ aliū. Bonū aūt ⁊ delectabile ꝓpter se sīt̄ amabilia vt finis. Ad cui⁹ euidētiā sciē=dū q̄ p̄ bonū intelligit h̄ arī. bonū hone stū: licet enī amabile sit idē qd̄ bonuʒ sit q̄ triplex amabile seu bonū scʒ honestuꝫ delectabile ⁊ vtile bonū tn̄ honestū dici=tur bonū simplicit̄ ⁊ sine det̄miatōe eo q̄ est ꝓpt̄ se amabile appetitui rōnali cum sit in se bonū cuiusmōi sūt virtutes. Di=stinguūtur aūt ista tria bona ꝯm rōem tā tū. Nā honestū dr̄ aliud ꝯm q̄d hʒ q̄ndā excellētiā dignā honore ꝓpt̄ spūalē pul chritudinē seu decorē: delectabile autēʒ inq̄ntū quietat appetitū. Utile v̄o inq̄n tū refert̄ ad aliū cuiusmōi sūt diuitie. nō aūt drn̄t subicō. Idē enī puta v̄tus ē bo nū honestū q̄ honor ē p̄miū v̄tutis: et ē bonū delectabile q̄ in ei⁹ opatōe quie=scit appetitus intellectiu⁹: ⁊ ē bonū vti=le inq̄ntū ordinat̄ ad felicitatē. ¶ Et no tādū q̄ in pluribus ē delectabile q̄ ho=nestū vel vtile: q̄ om̄e honestū ⁊ vtile ē aliq̄lit̄ delectabile sʒ nō ecōuerso. vt ptʒ de corpali voluptate q̄ ē delcābil' sʒ non

honesta. Et licet sit ppř se appetibil' ap petitu sensitiuo: non tñ appetitu rõnali. vẽdicauit tñ sibi nomẽ delectatõis quia magis ab hoibus cognoscitur: vt dictum ẽ in fine septimi huius. Notandũ insuper qr licet honestũ ad multa extẽdatur ppe tamen loquẽdo in idẽ refertur cũ virtute. Unde a tu lio in quattuor ptes diuiditur principales 2° re thorice. Honestas aũt fm ysido. dr quasi honoris status. honor aũt maxie debetur ho minibus ppř virtutis excellẽtiã. honestũ est etiã fm Tuliũ qd sua vi nos allicit et sua dignitate trahit. Et aug' dicit in li° 83. qtonũ: Honestatẽ voco intelligibilẽ pulchritudinẽ. Et subdit postea qz mlta sũt pulchra visibilia q̃ min' ppe hõesta appellãtur. Cũ igitur virt' habeat quãdã spũalẽ decorẽ p quã redditur appetibil' nõ inmerito nomen honesti sibi vẽdicauit.

¶ Ubi vlteri' notãdũ qz ad rõem pulchi siue decori cõcurrit claritas et debita pro portio. Unde dicit Dyoñ. de diuis nominibus qz deus dr pulcher sicut vniuersorũ cõsonãtie et claritatis cã quare pulchritudo corpis in hoc cõsistit qz hõ habeat mẽbra corpo ris bñ pportiõata: sz spũale rõis clarita tẽ. hoc aũt fit p virtutẽ q̃ fm rõem mode ratur hõies humaõs. qr ergo virt' ẽ decor spũ alis inmerito retinet nomẽ honesti.

¶ Itẽ notãdũ qz licet sint aliq̃ excellenti ora virtute et magis honorãda vt deus et bea titudo q̃ sũt virtutis finis qr tñ hmõi non sũt nobis ita nota sicut virtutes scz quas qttidie opamur: ido virt' sibi magis ven dicat nomẽ honesti. Transfertur qz nomẽ honesti ad exteriorẽ psperitatẽ cuiusmodi sũt nobilitas potẽtia honor et diuitie qr tñ ita coadiuuãt ad opatões virtutis. Unde sapiẽs ait pauptas et hõestas. i. diuitie a deo sũt seu inquãtũ excellẽtia diuitiarũ facit hoiem hõre dignũ fm vulgi opinio nẽ. ¶ Deinde dicit aristo. qz vnusquisqz videtur amare nõ illud qd bonũ ẽ simpliciter: sed illud qd ẽ bonũ vel apparẽs bonum.

¶ Probat vlterius qz amicitia nõ ẽ ad inaniata qr ad amicitiã reqritur reamatio amati ad amãtẽ: sz inanimatorũ nõ ẽ rea matio: ergo ad ipa nõ ẽ amicitia. Itẽ omni animato ex amicitia volum' bonũ illius grã: et tales sic amãtes dicũtur beniuoli: sed in aniatis nõ volum' ipsorũ grã: ergo ad illa nõ ẽ amicitia. pbat minorẽ: qr ridiculũ est dicere qz aliqs velit bonũ vio ipi' grã Sz si aliqs vult vi^m saluari vult hoc vt habeat ipm vinũ. Unde tal' nõ amat vinũ amore amicitie sz ɔcupiscẽtie. ¶ Dicit in sup qz opter qz amicitia sit beniuolen tia in ɔpassis vt scz sit amor mutuus amati ad amãtẽ. Oportet etiã qz ista beniuolẽ tia nõ sit latẽs. Aliqui eñi q̃ nunqz se vi derũt pũt hre mutuã beniuolẽtiã ex au ditu bonitatis vtriusqz: sz isti ppe nõ di cũtur amici cũ eorũ beniuolẽtia sit occul ta. Patet igitur ex pdictis qz amicitia est mutua et manifesta beniuolẽtia ppř ali quod trium predictorum amabilium.

Sunt autẽ. Ca. II.

¶ Inuestigata amicitie diffione a git pñr de eius spẽbus dicẽs tres esse spẽs amicitie fm numerũ amabiliũ scz amicitia ppř bonũ: amicitia ppř de lectabile et amicitia ppř vtile. In vnaqz qz harũ saluatur rõ amicitie: et fm hoc pñt tria hoies velle bona ad inuicẽ puta si a mãt se ppř virtutẽ volũt sibi bona virtutis: si ppř vtilitatẽ volũt sibi bonũ vtile. et sic de alijs. Deinde dicit qz amicitia que est ppř delectabile et amicitia q̃ ẽ ppter vtile nõ sũt vere amicitie sz fm accñs: qr in talib' vn' ñ amat alterũ fm seipm sz fm qz ab ipo accipit cõmodũ vel delectatio nem. vnde tales amicitie sũt de facili so lubiles: qr cessãte cõmodo vl' delectatõe que erat causa amicitie cessat talis amici tia. ¶ Insup dicit qz amicitia vtilis est maxime in senibus qr nõ querũt delecta bile qr in eis deficit calor naturalis sz q̃ rũt vtile scz ppter nature defectum et ex perientiã penuriarũ quas passi sũt. Ami citia aũt delectabilis maxime est in iuue nibus qui ducũtur a passionibus.

¶ Agit cõsequẽter de amicitia honesti dicẽs qz amicitia bonorũ et fm virtutem similiũ est perfecta: quia isti volũt sibi bona fm qz sũt boni et ppter seipos et non fm accñs. Perfectio etiã hui' amicitie pa tet qr sibi nihil deesse eorũ q̃ ad verã ami

etiā reqrūtur. In illa eni cōiūgūtur om nes rationes amandi cuz illud quod ꝺm se est bonū puta virtus sit delectabile et vtile: vt patet ex pcedentibus. Illi etiaz q̄ sūt simpliciṫ boni sunt sibiinuicē vtiles ꝛ delectabiles ꝑpter similitudinē virtu osarū actionū q̄ multū ꝯfert ad amicitiā. Vñ amicitia ē q̄dā silitudo. Est aūt hec amicitia rara inter hoīes: tum qꝛ rari sūt hoīes virtuosi: tū qꝛ talis amicitia indi= get longo tpe vt mutua asuetudine vnꝰ appareat alteri dignꝰ amari. Est etiam hec amicitia intransmutabilis ꝛ diutur= na: tū qꝛ virtꝰ q̄ est causa eius ē habitus ꝑmanens: tum qꝛ in amicitia bonoꝝ nō repitur aliq̄d quod cōtrarietur amicitie. Hō eñ non credit faciliter maluz de illo quē multo tēpe ꝓbauit et nunq̄ inuenit aliq̄d iniustū facientem: Non sic de alijs amicitijs que non sunt vere amicitie sed tantū similitudiarie. Unde ꝺm tres ami citias nō sūt homies dicendi amici. Ta les tamen vocamus amicos sequēdo cō suetudinē hominū coiter loquentium q̄ tales consueuerunt amicos appellare. Sunt aūt hee amicitie ꝺm similitudinez qꝛ vna est propter delectabile: alia ē ꝑp ter vtile: quoꝝ vtrunq̄ inest vere amici citie. ¶ Considerat cōsequēter Aristo. d amicitia per compationem ad proprium actum vbi dicit q̄ sicut in alijs ꝟtutibꝰ quidā dicūtur virtuosi ꝺm habitum ꝛ q̄= dam ꝺm operationem: ita etiam in ami= citia quidā dicūtur amici inquantū adin uicem cū delectatōne viuunt ꝛ sibiinui= cem bene faciūt. Quidā vero non opan tur actu opa amicitie sed tamē sūt dispo siti ꝺm habitū inclinātē ad hmōi opa: si= cut patet de amicis dormientibus vel lo caliter separatis. Loca eni nō dissoluūt amicitiam simpliciṫ sed opatōnem ami= citie. Est eni amicitia habitus de diffici li mobilis: pōt tū deficere ꝑpter defectū actus: vt patet in his que a se nimis di= stant. Diuturna eni sepatio facit obliui= onem amicitie pcedentis: Sic etiā ami= citia deficit quādo vnus alteri nō collo= quiṫ nec cōuiuit: vt patet in hominibus seueris alios in verbꝭ ꝯtristātibꝰ cū q̄bus vix pt hō diutius cōuiuere: ꝛ sic ꝑpt de fectū cōuictus deficit amicitia. nihil eñ sic est proprium amicoꝝ sicut delectabiṫ cōuiuere. Unde seueri et senes lꝫ sint q̄= busdā beniuoli et benifici nō tamē ita ci to efficiuntur amici sicut iuuenes: qꝛ nō ita delectabiliter conuiuūt. Declarat rursus qūo amicitia bonorum est maxīe amicitia qꝛ sūt amabiles ꝛ delectabiles: tum qꝛ sūt boni in se: tuz qꝛ sūt boni ami= cis. Readamatio etiā bonoꝝ est ex ele= ctione ꝓcedente ab habitu amicitie. Nō aūt ex passione ꝺm quā optamꝰ alijs bo= na nostri gratia et nō gratia sui. Est etiā ipsoꝝ amor cum q̄dā eq̄litate bonū eq̄le sibi tribuēdo. Unde amicitia est quedaz equalitas retributōnis. In ipa eñ aliq̄n fit recōpensatio delectabilis ꝓ delectabi li vl' vtilis ꝓ vtili: aut vtilis pro delecta bili. ¶ Notanduz q̄ iusticia ē equalitas circa reddere: amicitia vero circa tribue re ꝛ retribuere. ¶ Deinde dicit q̄ diffici le est habere plures amicos ꝺm pfectam amicitiam qꝛ in ipa optet ex asuetudine expientiā accipe de amico: hoc āt est val de difficile in multis. In alijs ꝟo duabꝰ amicitijs scilicꝫ vtilis ꝛ delectabilis nō sic ē difficile: qꝛ ibi non sic requiritur ex= perientia longi tpis sꝫ sufficit vt in pau co tpe sibiinuicē submistrēt delectatōez vel vtilitatē. ¶ Cōsequēter dicit q̄ ho= mines in potestatibus constituti querūt amicos delectabiles puta histriones seu ioculatores ad delectationem et amicos vtiles puta astutos homīes ad negotia sua cauta exequenda. Nō sic aūt querūt amicos virtuosos. Hos tū q̄nq̄ q̄rūt ip= sis tāq̄ meliorib' deferēᵒ existimātes tū ab ipis excedi ī ꝟtuᵉ q̄tū ī illos excedūt in potestate. Caplm Terciū.

Ltera aūt. ¶ Hic cōsiderat Aristo. de amici tia que consistit inter ꝑsonas ī= eq̄les vbi dt q̄ pter pdictas amicitias q̄ in eq̄litate ꝯsistūt inueniuntur quedam amicitie in quibꝰ vna ꝑsona excedit aliā sicut est amicitia pr̄is ad filiū senioꝛ' ad

iuniorē viri ad vxorē ⁊ generalr̄ om̄is im
perātis ad impatū. Drn̄t aūt hm̄oi ami=
citie Uno mō ꝺm diuersas relatōes sup=
habūdātie. Alia est em̄ relatō patris ad
filiū ⁊ dn̄i ad seruū. Alio mō ꝺm diuersā
relatōem supexcedētis ad supexcessum:
vt patris ad filium ⁊ filij ad patrē. Aliō
enī opus ē patris ad filiū ⁊ econuerso.
Alia enī ratione pater amat filium ⁊ fili
us patrem: ⁊ sic cū sint varia motiua hu
iusmōi amicitiarū sequit̄ ꝙ amatōes ac=
tuales et amicitie habituales erūt alie.
¶ Deinde docet quō hm̄oi amicitie cōs
uentur dicēs cū filij retribuūt pn̄tibus il
lud qd̄ optet generātibus dari puta sub
iectionē obsequium et reuerētiā. Parētes
aūt retribuūt filijs qd̄ optet ip̄is dar̄ pu
ta educationē seu nutrimētū ⁊ discipli=
nā tūc eoꝝ amicitia fiet māsiua ⁊ epiekes
id est virtuosa. et sic d̄ viro et vxore alijs
ꝗ dicendū ē coformiter. Et in hac ami=
citia ē ꝺuāda q̄dā analogia seu quedam
equalitas proportōis vt scȝ melior vtili
or vel excellentior plus amet̄ alius autē
minus: ita ꝙ ꝺm excessus psone ad pso=
nā sit excessus amoris ad amorē: et sic lȝ
nō sit ibi eq̄litas amoris ꝺm q̄ntitatem:
erit tn̄ ꝺm proportōem. ¶ Deinde dicit
ꝙ si sit multa distantia amicoꝝ in ꝟtute
vel potētia nō est dignū dicere amiciciā
esse inter illos vt int̄ hoīem ⁊ deū paupe
rem et regē: stultū ⁊ sapiētissimū vl' vir=
tuosissimū. ¶ Circa qd̄ notādū ꝙ licȝ in
ter deū et homīem nō sit amicitia stricte
sūpta q̄ in q̄dā eq̄litate cōsistit de q̄ h̄ lo=
quit̄ aristo. cū nō sit eq̄tio amoris huma
ni ad deū. Est enī amicicia charitatis q̄
est habitus pfectōis: amicitia de q̄ h̄ lo=
q̄tur ar͂. q̄ q̄dē habit⁹ inclinat ad diligē
dū d̄m sup om̄ia cū sit sūmū bonū. Dein
de querit vtꝝ hō amico velit maxima bo
na vt ꝙ habeat diuinā excellētiā pticipa
tiue? Ad q̄d d̄t ꝙ forte amic⁹ nō vl't ami
co om̄ia bona q̄ cū plus se diligat ꝗ ami
cū nō vult sibi maximū bonū. Hinc ē ꝙ
multi hodie nolunt amicos suos esse se=
paratos ab hac mortali vita et eē beatos
in eterna vita nō ꝓpter amicoꝝ damnū

sed ꝓpter ꝓp̄um. ¶ Compat vlterius
aristo. amari ad honorari que maxīe de=
bētur melioribus ⁊ excellētib⁹ dicens ꝙ
amari videt̄ ꝓpinquū ei qd̄ ē honorari.
Per vtrunqȝ enī ostēdit̄ eē aliq̄d bonuȝ
in illo q̄ amat̄ vl' hōrat̄. Meli⁹ tn̄ ē ama=
ri ꝗ honorari q̄ amicitia ꝺm seip̄am est
eligibilis ⁊ hoīes gaudēt ī amari ꝺm se=
ip̄m. Multi enī desiderāt honorē nō ꝺm
seip̄m sȝ ꝺm accn̄s. Quidā eī desiderāt
hōrari a potētibus ex hoc sperātes se ali
q̄d ab eis accepturos. Alij aūt appetunt
hōrari a sapiētib⁹ ⁊ ꝟtuos̄ vt habeāt fir
mā opinionē de ꝓp̄a bonitate iō gaudēt
tali hōre credētes dicētiū ⁊ hōrātium iu
dicio. ¶ Insup dicit ꝙ ꝟtus amicitie cō
sistit magis in amare ꝗ amari: q̄ amare
est act⁹ ad quē inclinat ꝟtus amicitie.
Est nāqȝ amare velle alteri bonū. Unā
magis amici laudātur ex eo ꝙ amant ꝗ
ex eo ꝙ amātur. vnusq̄sqȝ enī laudatur
ꝺm ꝓp̄am ꝟtutē.

Idetur autē. Ca. IIII.

¶ Hic cōsequēter on̄dit amiciti=
am cōsistere ī coīcatōe: qd̄ ꝓbat:
q̄ circa eadē sūt iusticia et amicitia. Un̄
ꝫ iusticia ꝯsistit in cōicatōe seq̄t̄ ꝙ ami=
citia ꝯsistit ī coīcatōe. Hoc etiā ꝓbat ex
cōi vsu loquētiū: ꝯsueuerūt enī homīes
appellare amicos eos q̄ ꝺm aliquā cōica
tionē sibi coīcāt sicut eos q̄ simul militāt
⁊ sic de alijs cōicatōib⁹ q̄re videt̄ tm̄ esse
amicitia int̄ aliq̄s q̄ntū sibi cōicāt. Hoc
etiā ꝓbat ex cōi ꝓuerbio: Dicit̄ enī cōit̄
ꝙ bōa amicoꝝ sūt coīa q̄re amicitia ꝯsi=
stit in coīcatōe: ⁊ sic optet ꝙ ꝺm diuersas
cōicatōes sūt diuerse amicitie. Uidem⁹
enī ꝙ frib⁹ ⁊ psonis ꝯiūct͛ ⁊ ꝯnutrit͛ sūt
